











D  
GE

GE

DN  
POTE  
AU

FA

SUMM

A

Typis





DIATRIBE ACADEMICA  
DE  
LONGÆVITATE  
HOMINUM,

*Quam*  
in  
ILLUSTRI SALANA,

Sub  
PRAESIDIO  
VIRI

*Amplissimi atque Excellentissimi*

DN. CASPARIS POSNERI,

Medicinæ Doctōrandi, ordinarii Physices

Profesoris celeberrimi, Præceptoris & Fautoris sui

omni obsequiorum genere impensè  
colendi,

*publica eruditorum disquisitioni subjiciebat*

JUSTUS HERMANNUS VULTEJUS.

Casf. Hasfus.

*Ad diem Julii,*

HORIS LOCOQUE SOLITIS.

JENÆ

STANNO NISIANO, ANNO M. DC. LXXIII.





2  
PARENTI  
BENIGNISSIMO,  
DOMINO  
JOANNI VULTEJO,  
SERENISSIMÆ  
HASSIÆ REGENTI &c.  
CONSILIARIO SANCTIO-  
RI, NEC NON CANCEL-  
LARIO.

(ἐὺς διαγερν!)



**S**Ubit conspectum tuum, Parens  
Venerande, mei foetus ingenii, at-  
que, quod debitæ pietatis officium  
est, Te propiùs venerari sustinet.

Publicâ id audet voce, ut publicæ benignita-  
ti tuæ, quæ abundè me exornavit, publicum  
gratianimi monumentum, statuatur. Quam-  
quàm hoc vix sperandum à tenui opere, quod  
Paternorum magnitudine beneficiorum lon-  
gè inferius; attamen, cùm mutuum, cujus co-  
piam provida natura Filiis omninò denega-  
vit, reddere mihi propositum non sit, eò tan-  
tùm valebit, ut Filii tui omnimodam obse-  
quiorum promptitudinem, constans virtutis  
solidæ, ad quam domestica me ducunt & ex-  
citant exempla, studium, atque confirma-  
tum votis & spei Parentum Optumorum sa-  
tisfaciendi desiderium exprimat. Sub ho-  
rum nominum habitu foetum hunc tibi de-  
dico, atque tuum esse volo. Ipse tuus esse  
vult,





vult, qui tuus esse debebat, tuo auspicio, consilio, arbitrio formatus atque editus. Nulla equidem in eo formae splendidae, a qua ab ingenio tenui instrui non potuit, commendatio: aliquam tamen ad id eruditionis ornamentum, quod ad commendandum non parum habet roboris, enitendi contentionem praese fert. Si quid exhibet, quod bonorum iudicio probatur, id omne tuum est, dum cura & benignitas tua sat ampla, per omnes aetatis meae articulos, ad virtutum incrementa mihi profuit, atque in eo tota adhuc est, ut ex his omnibus bonis unice placeam. Tenuitatem operis aetatis teneritudo deprecatur. Spes & rudimentum futurorum profectuum est, quos alio tempore dato, alia, ad maturioris normam iudicii magis exactae, edocebunt lineae. Perfecto interea specimini imperfectum praemittendum erat, quod inter humanae argumenta imbecillitatis est, quae tardopro-



profectu atque gradu, non curru citato ad  
majora nititur. Erunt forsitan, quibus materia,  
in qua versor, non probabitur conditio. Sed  
hi ex hac ipsa intelligant velim, me istas scien-  
tias, per quas in reconditis atque profundio-  
ribus disciplinis facilius industria, atque cele-  
rior progressus, non nauseare. Ego profe-  
cto inter prospera mea numero, & propter-  
ea mihi multum gratulor, quod tui aucto-  
ritate consilii, Parens Venerande, ad has ar-  
tes animum appulerim: Gratulabor fusiùs, si  
in vastissimo, ad quod attendere coepi, juris  
studio, fructum istarum in posterum osten-  
dere mihi datum fuerit. Magna hæc, mul-  
tumque mihi erit æstumata felicitas: sed hæc  
major illa, quam à DEO IMMORTALI singulis  
nominibus precor, ut in Te, Parens Vene-  
rande, cui tot & tanta debeo, quæ neque sty-  
li hujus arctanda angustiis, neque, ut attin-  
gam, modestia permittit, meæ exemplum,  
dispu-





disputationis, h. e. Longævi, in me verò Filii,  
ad Parentum vota, desideria, gaudia, omninò  
facti, specimen renovare velit. Ita fiet, ut  
desideratò curam multijugam solari queas  
eventu, præfidiò verò tuò porrò sustineatur

*Scriptum Jena  
die 16. Julii 1673.*

*Filius*  
*quantus quantus est*  
*Tibi*  
*devotissimus*  
Justus Hermannus Vultejus.

M Agnu  
Do  
Tu, ta  
Eg  
Et nunc in C  
Ut stu  
Omen inel  
LON

T E magn  
ac ejus s  
Expolis Inge  
Fædere. Sic  
Eximium ed

L Ongav  
ate





**M**AGNUM VULTEJIS nomen fuit hactenus ; illos  
Doctrinae longum vivere fecit amor.  
Tu, tantae stirpis tradux, & nominis haeres,  
Egregium tentas amplificare decus :  
Et nunc in Cathedram LONGÆVOS, sedule, profers ;  
Ut studii haec nobis sint documenta Tui.  
Omen inest rebus. Pergentem plurima merces  
LONGÆVUMQVE manet nomen, & altus honor.

*Ita Nobilissimo Dn. Respondenti,  
Magni Parentis Virtutum paternarum amulo  
Filio, hoc diligentiae & eruditionis speci-  
men animitus gratulatur*

Johannes Musæus  
D. & P. P.

**T**E magni stimulat virtus praecleara Parentis,  
Tac ejus sequeris cupidus vestigia ; promptum  
Expolis Ingenium, atque Daphnen conjungis amicò  
Fœdere. Sic Musis obstetricantibus hocce  
Eximium edisti specimen, quod Jena celebrat.

*Amoris & Honoris c. scrib.*

Johann-Volk. Bechmann D.  
& Antecessor.

**L**ongævi qui sint, exponis. Perge : parabit  
æternum nomen cum Sophie alma Themis.

*Boni ominis & fausta adgratulat. e. scrib.*

*Nobilis. Dn. VULTEJO, SUMMI PA-  
RENTIS vestigiis felicissime insisten-  
ti*

Casp. Posner, Præses.





*On ne peut, dit on, estre sage,  
Que fort rarement auant l'age,  
Même pour l'être assurément,  
Il faut que des ans Vn grand nombre  
efface le nuage sombre,  
qui ternit nôtre iugement.*

*Ce proverbe si Vray semblable  
n'est plus aujourdhuy Veritable  
pour ceus qui sont laborieus  
Puisque l'on voit par Vôtre exemple  
que Vous auès sceu mettre ensemble  
dans Vn corps ieune Vn esprit Vieus.*

*Déia par Vne longue étude  
Vous auès acquis l'habitude  
d'un solide & profond scavoir,  
Et déia tout le Monde espere,  
que bientôtist Vôtre illustre Pere  
en Vous son Esprit pourra Voir.*

*Poursuinès donc Vôtre carriere,  
afin d'être Vn iour la lumiere  
Et l'amour des hommes scavans  
Et que chery de Vôtre Prince  
Vous ayès dans Vôtre Prouince  
L'honneur d'éterniser Vos ans.*


*Sic nobilissimo & clarissimo Dn. VULTEIO  
fautori, amico, & commensali honorando  
properante calamô gratulari voluit*

*L. Gauvain Secret.*

*Saxo Jenensis.*







FELICITER!

DISSERTATIONIS PHYSICAE  
De  
LONGAE VITAE  
HOMINUM

§. I.



Erisimè Justus Lipsius, ob recon-  
ditæ eruditionis omnisque doctrinæ, quâ  
excelluit, copiam, jure meritissimò *Seneca*  
*Belgicus* nonnullis adpellatus: *Soli Deo* (in-  
quit) *æternitas*: nos, ex quò nati sumus, non  
*dicam mori possumus, sed morimur: & omnis*

*Epist. Miscell.*  
*cent. V. epist.*  
*LXXXVI.*

*bora, omne momentum ad metam illam ducit: aliis est alia,*  
*si tempus spectes, eadem, si finem.* Mors enim profectò o-  
mnes manet, hosque tollit citiùs, istos seriùs, multos et-  
iam, priusquàm vitales luminis viderint hauserintque au-  
ras: quin non paucos, ubi nondum artuatò corpore, sal-  
tim (ut Aristoteles loquitur) ὅσον σιγμὴ αἱματίνῃ ἐν τῷ λευκῷ  
*ἢ καρδίᾳ, h. e. quasi punctum sanguineum in candidò cor ad-*  
*parens, vitæ incipientis signum edit.* Quos ideò denasci  
contingit, antequàm nascantur, & expirare, priusquàm  
spiraverint. Ut taceamus, quas generationes (certè non  
paucas) casus intercipit, ne quidem vitæ inchoationem  
permittens, sed materiam ante principii agentis adcessum

*VI. Hist. A-*  
*nimal. cap.*  
*III.*

A

atque

simò Dn. V. u.  
mmensali hono  
gratulari volu  
ain Secret.  
nensis.





atque motum disturbans, perdens, aut ejiciens. Tanta scilicet non modò est vitæ nostræ fugacitas, sed dubius etiam institutæ nativitatis atque conceptionis successus!

§. II.

De his omnibus, unde eveniant, quemadmodum disquiritur in Scholis Physicorum, causasque nôsse non parùm interest, sive perfectionem illam spectemus, quæ ex sublimioribus scientiis Philosophicis intellectui nostro advenit, sive commodum, quod inde ad artes disciplinasque alias redundat non exiguum: ita nobis nunc placet istud breviter, & quantum per ingenii vires licuerit, considerare, unde fiat, quod hominum alii diutissimè intersint mundo huic, nec plura saltim lustra, sed & secula superent, alii verò primis statim atatibus decedant ac moriantur? Hæc enim quæstio præ aliis videtur curiosa, & itidem Philosophiæ naturali conciliare encomium istud, quò omnes ejus

Lib. de Virtut. & Vir.

Vid. Ger. Jo. Vosf. Lib. de Philosoph. cap. V. §. 10.

partes commendavit Plutarchus: *Philosophia navat à operâ (agens) nunquam injucundè vives, sed disces omni vitæ statu delectari, & omni conditione. Quò tamen majus ac dignius ipsi tribuit Antonius Eremita, dum Mundum adpellavit Librum suum, atque (uti quidem hæc ejus verba passim allegantur) de eo ita Philosophis dixit: Est mihi unicus Liber, qui tribus foliis, totidemque literis constat. Liber, Mundus est. Folia sunt, Cælum, Terra, Aqua. Literæ sunt illorum domiciliorum incola: Stella & Aves in Cælo: in Terra, Animalia, in quibus excellit Homo: in Aquâ, Pisces. Hunc librum noctes & dies volvo, adeoque horas meas & jucundas, & fructuosas reddo.*

§. III.

Et quidem, quod initiò præmonemus, quùm aliàs vitæ longitudine ac brevitate tota viventium genera à totis aliis distin-



*distinguantur, (uti id optumè adnotavit Aristoteles) & con-* Lib. de longi-  
*stet, hominum genus longevitate quibusdam cedere, multis* git. & brev.  
*verò etiam excellere, non hujus causam quærere nunc con-* Site cap. 1.  
*stituimus. Sed id unicè, quod ante diximus, inquiramus:*  
*Quæ sit causa, quod hic homo longiorem, iste autem breviorẽ*  
*vitam vivat? Quæque adeò causa sit longevitatis in humano*  
*genere, comparatò homine ad hominem, non ad generis alius*  
*animal?* Sic enim constat, (quæ iterum sunt verba Ari- loc. cit.  
*stotelis) eorum hominum, qui locorum intercapedine sejuncti*  
*sunt, alios vitâ esse longiore, alios verò breviorẽ. Qui nam-*  
*que in calidis degunt regionibus, diutiùs, atq; qui in algidis,*  
*minùs diu vivere adsolent. Quinimò ex his quoque, qui*  
*eundem incolunt locum, nonnulli pari modò eâ ipsâ inter se*  
*discrepant differentiâ. Ergò hîc quæritur, quæ sit hujus*  
*causa?*

§. IV.

Deinde monemus & hoc: Quemadmodum *longevi*,  
Græcis μακρόβιοι, ex *vita longitudine* dicuntur, ut qui *ævo*,  
*sive longâ ætate aliis sint superiores*: ita de iis nobis nunc esse  
fermonem, qui tales sunt κατὰ φύσιν, atque si moriuntur,  
itidem non modò *morte naturali* moriuntur, sed & anno-  
siores atque vivaciores sunt aliis, qui eòdem mortis genere  
decedunt. Cum iis enim, qui *violentiâ & præternaturali*  
*morte* desinunt, nihil nobis nunc esse, vel esse posse nego-  
tii, quisque facilè intelliget, ubi attenderit, multos in tene-  
râ ætate constitutos, & optumè sanos, ex improvise mor-  
bis lethalibus corripì, aut à casu quòdam externò vitâ su-  
bitò privari, quam, abs his si fuisset, omninò diutiùs ser-  
vâssent. Sed tales qui vitâ excedit, inde profectò mini-  
mè dici merebitur *longævus*, nisi velimus nomine hòc *pue-*  
*ros* quoque insignire, qui post juniorum fata manent super-  
stites,

ns. Tanta  
ed dubius et  
succesus!

emadmodum  
ve nõse non  
ctemus, quæ ex  
ellectui nostro  
tes disciplinas  
bis nunc placet  
licuerit, coe  
tissimè inter  
secula superent,  
orianur? Hæc  
itidem Philoso-  
quò omnes ejus  
ia navatâ opè  
omni vitâ stant  
en majus ac di-  
mundum adpella-  
jus verba pasim  
st mibi unicus Li-  
at. Liber, Mundum  
tera sunt illorum  
in Terra, Animæ  
Hunc librum  
jucundas, & fr

is, quum alias tri-  
genera à totis aliis  
distin-





Cap. Maj.

stites, ipsimet verò brevi postmodum etiam expirant. Adeoque *longævi* illi nobis nunc intelliguntur, quibus *longævam ætatem* (ut cum Tullio ita loquamur) *videre datur, ut, si desinant tandem vivis interesse, non nisi annis maximè onusti decedant, & morte naturali.*

§. V.

M. Poët.  
c. IX.

Hæc ut meliùs pateant, notamus porrò (sed paucissimis) quæ dicatur *mors naturalis*, quæque *violenta*. His enim vocibus cum non eodem sensu utantur *vulgus* atque *Philosophi*, in præsentî nonnihil referre videtur, nôsse, in quò ista differentia consistat. Etenim uti, experientia abundè docet, & optumè Jul. Cæs. Scaliger eloquitur, *mors quidem unius tantùm modi est, adcesiones autem non unius, atque* (quæ similis sensus Palingenii verba sunt)

in Scorp. 6.  
233. seqq.

*Hic laqueo, hic ferro, hic flammis, hic frigore, hic undis, ille fame, ille cibo moritur: multique dolore, aut morbo, aut casu intereunt, seniove fatiscunt.*

*Certa dies lethi est cunctis, discrimina nulla ætatis: nec fas vivendi excedere metas, præscribit tetrici quas cuique potentia fusi.*

*Heu! quot habet mors seva vias, artesque nocendi!*

Vulgus itaque varietatem hanc attendens, loqvendi consuetudine suâ omnes illos *morte naturali* mori dicit, qui vel *senio confecti*, vel *morbis prostrati* pereunt, cujuscunque etiam hi fuerint generis, modò non *ab incidente quòdam externò venientes, finem vitæ subito fecerint*. Hòc modò enim qui moriuntur, solos *morte violentâ* mori tradit: ut e. g. qui *suffocantur laqueo, terris, igne, extinguuntur frigore, aut pereunt ex profuso sanguine, &c.* Ast Philosophi non tam *externa hæc*, quàm ipsius potius *calidi dispositionem* respicientes, pro *morte naturali* eam solam habent, quæ evenit homi-



homini, (nam de hoc solò nunc loquimur) ad debitum statum deducta ejus vitâ, singulisque atatibus emensis, absque ullò morbo, si impotentiam illam excipias, quæ senectæ essentialis est, juxta istud Terentianum, vulgò in proverbium adsumtum: *Senectus ipsa morbus est.* Ex adverso autem violentam mortem adpellant hi non modò, quæ venit ex incidentibus externis, sed & ex morbis, corporis temperiem perdentibus.

§. VI.

Ipsa Philosophi Aristotelis verba de his placet adducere. *Ut igitur (scribit hicalicubi) ortus animalibus communis omnibus est, ita & mors. Sed modi ejus specie discrepant. Non enim corruptio ipsa differentiarum expers est, quamquàm quidpiam commune habeant. Nam mors altera violenta est, altera naturalis. Violenta quidem, ὅθεν ἢ ἀρχὴ ἐξωθεν ἢ, cum principium extrinsecus advenit. Naturalis verò, ὅταν ἐν αὐτῷ, καὶ ἢ τῶ μορῆς οὐκ ἐξ ἀρχῆς τριαύτης, ἀλλὰ μὴ Ἰπικητόν τι παύσῃ, cum idem in ipso animali est, & particula constitutio ex tali principiò, non autem affectio ulla supervenit. Hæc igitur in plantis ἀρασις, ariditas, in animalibus autem γῆρας, senectæ appellatur. Et libro eodem a) ait: Obitus autem atque corruptio vitæ, violenta quidem, ἢ τῶ θερμῆς σβέσις καὶ μάρασις, calidi extinctio ac marcor, (nam bis utrisque de causis id perit,) naturalis verò τῶ αὐτῶ τῆς μαράσις ἀπὸ χρόνου μὴ καὶ γνομῆ καὶ πλειότης, ejusdem marcor ob temporis transacti longitudinem ac perfectionem proveniens. Quibus similia dicit tum idem alibi b) tum Plato c) quoque, Galenus d), Avicenna e), Cicero f), aliique. Ut inde profectò (quod obiter addimus) nullam causam habeant nonnulli, insurgendi in hanc loquelam, & omnem mortem naturalem abnegandi. Etenim, ut iis optime*

Phorm. act. IV. sc. I.

Lib. de respiratione. c. XVII.

a) cap. XVIII. b) Lib. eod. cap. VIII.

IV. Meteor. c. I. III. de Cælo t. 52. Lib. de juvent. & sen. cap. IX.

c) Timæo. d) Lib. de sanitate tuenda cap. II. & III.

e) I. sen. III. doct. III. cap. III.

f) Cat. maj.





Lect. Antiq.  
Lib. XXI. cap.  
IV.

mè Coelius Rhodiginus respondet, quemadmodum multis modis *naturale* dicitur, sic venit interdum eò etiam id, quod *necessariò rei naturam consequitur, cuius est, ita, quod in eà existentia sua habeat principium.* Huic verò naturali violentum ex adversò constituitur. Quà ratione putrefactionem esse naturalem colligimus, ambustionem verò violentam. Quin senium à Galeno secundum naturam constituitur. Quò sanè modò (pergit post pauca) *Et mortem naturalem esse, colligi potest, quæ inest homini ex materiâ physicâ jam potestatibus animæ subservire amplius nequeunte.* Quæ omnia alibi prolixius explicantur.

§. VII.

Ut verò ad institutum nostrum pergamus, ex dictis nunc satis constat, quam *longævitatē* in præsentī intelligamus. Quæ ipsa quò *annorum numerò describatur*, quemadmodum non injuriâ quis quæsierit, ita non præter rem fortè fuerit, illustriora ejus exempla quædam recensere, quæ suggestere hæctenus historiæ sive ex antiquioribus, sive etiam novissimis his temporibus. Inde enim patere poterit, quousque possibile vel olim fuerit, vel hodièque sit *natura, vitam nostram protrahere, adeoque quantum temporis spatium innuat longævitas, quam diximus?* Nam, quod initiò monuimus, ut omnium dierum locorumque experienciâ adprobatum, adeoque sine exceptione verissimum, iterum ponimus, *nos omnes esse mortales, neque quemquam effugere posse mortis leges, vitamque (de viribus natura saltem loquimur, id verò, quod per omnipotentiam DEI fieri possit, mittimus) perpetuò vivere.* Neque enim aliud hæctenus fuit compertum. Scribit quidem Galenus, suâ ætate Ægyptium quemdam Philosophum promississe *rationem conservandi valetudinem in perpetuum, & quod homines bonæ temperiei saltem ex ignorantia faciendorum pereant,*  
tra-

Lib. de ma-  
rasm. cap. II.





tradidisse. Quin de Ægyptiis veteribus refert Diod. Si-  
culus, quod certissimum ἀθανάσιος φάρμακον jactitave-  
rint, ejusque inventionem Isidi illi, quam κέρλω κόσμου  
adpellabant, tribuerint: ut quò hac filium Horum Tita-  
num insidiis obpressum, & mortuum in aquis repertum,  
non tantum reddidit animam in vitam reduxerit, sed & im-  
mortalitatis participem fecerit. *Lib. I. Histor. cap. XXV.*  
Sequentibus seculis ve-  
rò, atque etiam nostris his temporibus, quod à Chemicorum  
multis immortalitatis concilianda potentia adscripta sit  
lapidi illi Philosophorum, quem vocarunt, omnibus est no-  
tissimum. Quos inter præcipuus veluti est, & esse voluit  
Philippus Bombastus Paracelsus, ille, ex quò juniores suæ  
sectæ nomen fecerunt, sic iste profectò expressis verbis πα-  
εγδοξον hoc fuit profesus, nullum esse præstitutum à DEO  
vita humanæ terminum, sed in potestate nostrâ situm esse, vi-  
tam, quamdiu modò voluerimus, usque ad finem mundi quo-  
que protrahere. *Lib. de Vita longa.*  
Enimverò optumè (duriùs licet) respon-  
dit huic Thomas Erastus: Manifestum mendacium hoc est,  
toti repugnans naturæ, sacrisque literis. Et alibi, ejusdem  
verba, quibus sibi vitam termino carentem præfinivit, alle-  
gans, scribit: Quis non videat stultitiam, aut non admiretur  
potius prodigiosam insaniam hominis, qui robustum corpus non  
potuit ad quinquagesimum annum perducere? Mortuus e-  
nim est, antequam XLVII. annos explevisset. Quæ eadem  
& omnibus hujus falsissimæ opinionis Patronis possumus  
dicere. Reverà enim (ut verbis πολυμαθεύτης, quemque  
tanquam præcipuum nostri seculi ornamentum jure vene-  
ramur, Conringii utamur) prudentior quisque meritò mira-  
tur, fuisse, vel esse, id qui sibi vel sperent vel arrogant, cum  
neque experientia, neque ulla ratio vel levissimam fidem fa-  
ciat. *Disp. de Medic. Paracels. novâ part. II. p. 148.*  
*Part. I. p. 47.*  
Experientiâ sanè si est standum, jugulatum jam est pa-  
rado-

*Lib. de Hermet. Ægypt. & Paracels. novâ. Medic. II. cap. III*





*radoxum.* Apud quem, qui desiderat, plura deprehendet  
contra antiquos tam quam juniores Hermeticos atque  
Chemicos dicta.

§. VIII.

Manente interim & hoc, ut certò, non ex *atèrnitate*,  
sed ex *definitò quidem, notabili tamen sive insigni vita spa-*  
*tiò dici longevitatem*, exempla si attendimus, maximam  
profectò in iis deprehendimus varietatem, & majorem  
ac aliàs ullibi. Ne enim dicamus, multa, quæ memo-  
rantur, incertissimæ esse fidei; in iis etiam, quæ vera sunt,  
aut saltem pro talibus atque non improbabilibus à pluri-  
bus adsumuntur, tanta sanè differentia datur, ut certissi-  
mum evadat, *annorum nostrorum circulum exactè defniri*  
*vel describi neutiquàm posse.* Sicut enim occurrunt, &  
plures quidem, qui *septuagesimum vel octogesimum* ubi im-  
pleverunt, exspirârunt, (quales quidpe vix vicus est, qui  
non semper aluerit) sic visi quoque sunt, qui excedentes  
id spatium, *seculum, sesquiseculum*, quin *secula plura vita*  
*sua potuerunt numerare.* Sic namque primâ mundi æta-

*Genes. V. & 5.* te *Adamus*, primus hominum, & omnium, qui hæcenus  
vixere, *Protoplastes*, vixit annos integros DCCCCXXX.

*ibid. & 8.*

*Setb* deinde, tertius ejus filius, DCCCCXII. Nam  
de primogeniti *Caini* ætate nihil proditum legi, secun-  
dum autem, *Abelem*, hujus manu violentâ occubuisse  
constat. Quamquam *Franciscus Baco de Verula-*

*a) histor. vita  
& mortis  
p. 112. §. 1.*

*miò a)* tradat, cum ante diluvium Patrum generationes  
*undecim, octo verò tantum filiorum Adami per Cain* in sacris  
recenseantur, *progeniem bujus longevioreni videri posse.*

*b) Gen. V. & 11.*

Porro *Enos*, Adami nepos, implevit annos DCCCCV b).

*c) & 14.*

*Kenan* DCCCCX c). *Mabalaleel* DCCCVC d). *Jared*

*d) & 17.*

DCCCCLXII e). *Enoch* CCCLXV f). *Mathusalem* verò

*e) & 20.*

*f) & 23.*

DCCCCLXIX



DCCCCLXIX g). Lamech DCCLXXVII h). & post dilu-  
vium Noachus DCCCCLi). hujusque filius Sem DCk),  
& ex posteris quoque aliqui l) ultra quadringentos, prout  
non modò sacræ literæ, sed &, Josepho m) atque Lactan-  
tio n) referentibus, Hesiodus, & antiquitatum scriptores  
alii testantur.

§. IX.

Ubi quidem non ignoramus, hæc exempla, dum alia  
similia in aliis sive terris sive locis non habuere, (nam quod  
de Sibyllâ quâdam Phlegon Trallianus memorat, eam ad  
annum millesimum usque pervenisse, eò minorem apud eru-  
ditos invenit fidem, quod in carminibus, quæ adducit idem  
Phlegon, de mille annis nihil legatur, ipsa ex adverso Si-  
bylla illa humanam ætatem saltim seculò definiat, præterea  
etiam Sibyllarum ferè omnium, quæ nominantur, histo-  
ria incertissima sit, imò & confusa, ut ferè vix adpareat,  
quid sequi debeamus) multis quæstionibus dedisse ansam,  
de quibus nec dum est disensionum finis, nonnullos et-  
iam, (ne fateri cogentur, primos istos homines vitam ad  
tàm longa annorum secula produxisse præ temporum aliorum  
hominibus, cum quibus tamen eandem habuere naturam,)  
movisse, ut dubitaverint, num anni illorum temporum, quo-  
rum in textu fit mentio, Solares fuerint, an verò alii potiùs,  
nostris impares, quique mensis tantùm spatium exæquârint,  
dicti vulgò Lunares? Nam hos ab Ægyptiis observatos fu-  
isse, indeque apud eos aliquos etiam singula millia annorum  
vixisse, expressè Plinius tradit, Historicique alii.

§. X.

At verò hæc sive opinio sive dubitatio, quorum et-  
iam fuerit, dum communi Theologorum tàm quàm Hi-  
storiorum consensu pridem explosa fuit atque rejecta,

B

tam-

g) §. 27.  
h) §. 31.  
i) c. IX. §. 29.  
k) c. XI. §. 11.  
l) §. 13. seqq.  
m) Lib. I. an-  
tiq. §. 7.  
n) Lib. I. de-  
§. 17. instit.  
c. XIII.

Vide Erasmo  
Schmidii Si-  
byllin. Orat. 1.

Vide Jacob.  
Bonfrer.  
Comment. in  
Genes. V. §. 3.  
pag. 141.

Histor. mun-  
di Lib. VII.  
cap. XLVIII.



*Epist. & re- tamquam (uti ejus crimina brevissimis complectitur Jo.  
spōf. DD. Vi- Westerburgius) ridicula & sacris literis injuria, nos nunc  
rorum, edit. nec quidquam morari poterit. Etenim, ut illa plenius e-  
Roterodam. loquamur, (pace tamen eorum, ad quos propriè censuram  
M. DC. LXV. hanc pertinere modò diximus) verbis R. Isaaci Abarbanel,  
ep. XLV. p. latinè ita versis à Jo. Buxtorfiò Filiò, primò, si res ita habe-  
215. ret, sequeretur, omnes annos in his Geneseos capitibus eosdem  
Dissert. de esse, & eòdem modò explicandos. Hòc positò, Mahalaleel, qui  
longæ prim. genuit Jaredum anno atatis suæ LXII. (quot quidem ponit il-  
Patr. §. 1. le, cum tamen in ipsâ historiâ legamus LXV.) si menses Lu-  
nares intelligantur, non plures, quàm V. annos Solares perfe-  
ctos habuisset, cum illum gigneret. Sic Chanoch, cum genuit  
Mathusalemum anno LXV. annorum Solarium fuisset quin-  
que cum dimidiò. Schelach, qui trigèsimò annò dicitur ge-  
nuisse filium, non habuisset nisi duos annos Solares & dimidi-  
um, cum generaret liberos. Et sic de cæteris. Hac verò sunt  
impossibilia, ut homines in hujusmodi infantiâ & pueritiâ,  
bimuli scilicet, & quinquennes, instar ovium, generent libe-  
ros, ante florentem & vegetam atatem. Nec scio, hæcne bre-  
vitas, an longævitas in Scripturâ commemorata, magis sit im-  
possibilis? Deinde vita hominum sic nimis decurtatur & di-  
minuitur. Veluti Abraham vixit annos CLXXV. Si fuerint  
anni Lunares, vixit duntaxat octodecim annos Solares. At-  
qui dicitur de eo: Et exspiravit, & collectus fuit ad Patres  
suos senex, & dierum satur. Moses vixisse dicitur CXX. an-  
nos. An credibile est, illum habuisse tantum decem annos  
Solares? Tertio, si ita esset, longior esset hodiernâ die vita ho-  
minum, quàm fuit olim. Hodie enim vita est LXX. anno-  
rum, & quandoque LXXX. Hæc sententia itaque falsa est,  
imperita, & ignorans veritatis. Lex enim annos vocat an-  
nos Solares, veros, Luna verò decursus vocat menses, non an-  
nos*



nos. *Veluti: Et fuit post tres menses &c. Item: Mensis hic erit nobis principium mensium; & similia.* Hæc ante ducentos ferè annos P. Abarbanel Hispanus, similiaque plures alii. Nonnulli quoque addunt, *Prophetam Hieremiam ultimo capite expressè scribere, suis temporibus annum duodecim mensibus fuisse judicatum.*

Vide Georg.  
Pictorium  
centur. III.  
Q. Phys.  
LXXIV.

§. XI.

Præter ea deinde occurrunt & alia exempla apud alios, non quidem *tanta* vivendi prolixitatis, *insignis* tamen, & in comparatione ad id, quod plerumque vel sæpies fit, itidem *insolita*. Scilicet, uti ante diluvium quidem plures amplius nongentos vixisse annos, & penè millesimum æquasse, modò notavimus, post id verò neminem (Noachò, ejusque primogenitò Semò exceptis, quorum ætates antea ex sacris descripsimus) ad quingentesimum pervenisse, eoque quasi per gradus multum imminutam esse longevitatem hominum, eadem sacra historia prolixè docet, dum centum post annis circa dispersionem gentium penè in ducentos correptam tradit eorum aetatem, & brevi denuò iterum centum alios annos decessisse: Sic nec vivaciores alios ex aliis populis fuisse constat, neque, licet historiæ quædam ab aliquibus adferantur, sufficienter probantur. Ita enim cujus veritatis sint, quæ de Sibyllâ narrantur, modò monuimus. *Similiter* (sunt verba Franc. Baconis de Verulamio) *Reges duo Latini in Italiâ, Pater & filius, alter octingentos, alter sexcentos annos vixisse traduntur.* Verùm hoc narratur à Philologis quibusdam, quibus & ipsis (cætera satis credulis) fides suspecta est, imò damnata. Ejusdemque fidei sunt, quæ de Arcadibus ad trecentessimum annum vivere solitis, referunt ex Ephoro Plinius a), & Maurus Servius b); de Aganthonio sene, qualiter denos decies emensus belliger

Genes. XI. &  
seqq.

§. IX.

Histor. Vita  
& mortis, p.  
147. §. 19.

a) Lib. VII.  
cap. III.

b) Comment.  
in VIII. Euseb.

376 id. §. 51.



c) Lib. III. annos fuerit, Silius Italicus c); de Nestore, etiam trisectis  
 d) Odyss. XI. sene, Homerus d) ac Ovidius e) porrò, eòdem Plinio refe-  
 e) Meta- rente f), Damastes de Pictoreò Aetolò, pariter trecentos;  
 morph. XII. Alexander Cornelius de Dandone quodam in Illyrico, quin-  
 f) l. cit. gentos; Xenophon verò de Rege maritimorum, sexcentos,  
 ejusque filio, octingentos annos qui expleverit; nec non de  
 g) Vide Paul. Joanne de Temporibus, Franco natione, Carolique Magni mili-  
 Emyl. hist. et, suprà trecentos & sexaginta longevò, Francorum Histo-  
 Lib. V. rici g), & de pluribus aliis alii.

§. XII.

Hæc, inquam, similis fortè sunt fidei cum prioribus,  
 atque, ut de Francorum Historicis istis judicat Paulus Ae-  
 mylius b) nimis incautè, sive, quod de plerisque à se allega-  
 tis scribit Plinius i), ex inscitià temporum tradita. De omni-  
 bus sanè ex Ethnicis adductis apertè Verulamius: Longevi-  
 tates hominum, (ait) qui apud Ethnicos Auctores inveniun-  
 tur, parùm certa memoria sunt, tum propter fabulas, in quas  
 hujusmodi narrationes proclives admodum sunt, tum pro-  
 pter fallaciam in calculationibus annorum. Optumè etiam  
 Nobiliss. atque Experientiss. Henricus Meibomius, illu-  
 stris Academiae Juliae Profesor celeberrimus, & Historicus  
 non minùs quàm Medicus insignis: De remotis longævis po-  
 pulis non immeritò nonnulla suspecta sunt. Nam & nobis  
 non minùs imponitur, quàm Persis illis, qui putabant, in Eu-  
 ropâ esse senes, qui unum aut duo millenaria annorum com-  
 pleant, vivereque adhuc hominem quendam, qui bello contra  
 Mahometis generum interfuerit, ut refert Pietro della Val-  
 le. Sæpè ab uno homine longævò relatio ad totam gentem ex-  
 tenditur, & credere cogimur referentibus, quia inquisitioni  
 ulteriori locus non est. Ne de Sinensibus nunc dicam, pluri-  
 mis apud illos in more hoc positum, ut se valdè senes mentian-  
 tur,

b) ibid.  
 i) ibid.

l. cit. p. 120  
 §. 6.

Epist. de lon-  
 gævis. p. 7. &  
 §.

Epist. IV. ad  
 Marium  
 Schippanum.



etur, ut est in epistolâ Pantogia, quâ ex Sina perscribit, inter  
litteras Jesuitarum Sinensium. Sic etiam, quod in Joannis  
illius de Temporibus historiâ insignem errorem esse com-  
missum, & pro Carolo Magno intelligendum Carolum  
simplicem, eumque ideò non CCCLX. sed CL. X. annos  
vixisse, notârint Paulus Amyglius a) & Jo. Tilius b) me-  
morat Martin. Schookius c)

a) l. cit.  
b) Chron. Reg.  
Franc.  
c) Hist. fam  
Ham. Part.  
III. cap III.

§. XIII.

Durior verò si cui hæc responsio fuerit visa, utemur  
eâ, quam dedit Auctor inventionum Hieron. Cardanus a),  
& calculo suo adprobavit quoque doctissimus Philologus  
Gabr. Naudæus b). *Etsi* (iniquiunt hi) *nolim dicere, menti-*  
*tos eos fuisse, qui de ipsis talia scribserunt, (si modò tamen*  
*vera sunt) monstra fuisse dicendum est.* Scilicet *rariora*  
*sunt, & in unâ gente plurium annorum decursu vix unum*  
*ejusmodi exemplum licuit observare. Rara autem æquè*  
*ut contingentia, scientiâ non comprehendit, sed hanc saltem*  
*esse ἢ ἔσσι, ἢ ἔσσι ἢ τὸ πλὸν, h. e. ejus quod aut semper,*  
*aut ut plurimum fit a), ex aliis doctrinis est notissimum. In*  
*quam classem quidem cum primis etiam id referendum, si*  
*verum est, quod de Indò quòdam ex Gargaritarum gente,*  
*quam hodiè Bengalam vocant, regnante in Lusitaniâ Jo-*  
*anne III. visò, auctor historiæ Lusitanicæ Petr. Maffæus*  
*b), Lopez c), & Jo. à Chokier d) scribunt, & à pluribus pro*  
*verisimò admitti legitur, eum nempe CCCXXXV. annos*  
*vixisse: filium habuisse nonagenarium: ἔ, cùm literam*  
*nòsset nullam, illa, quæ ab ipsò referebantur, ad annalium*  
*optumè congruissè fidem: dentes etiam, postquàm decide-*  
*rant, renatos iterum, ἔ barbam, postquàm incanuisset, in*  
*nigrum versam fuisse colorem. Hoc enim profectò exem-*  
*plum sine exemplo est, jureque eum senem quater vel quin-*  
*quies recoctum quis dixerit.*

a) Lib. I. de  
tuenda sa-  
nit. c. VIII.  
b) Quæst. Ia-  
ro Philol. II  
p. 35.

a) Vide VI.  
Metaph. c. II.  
Lib. XIII. c.  
VIII. I. Ana-  
lyt. poster. c.  
VIII. XIII. &  
XXX. & pas-  
sim.  
b) Lib. IX.  
c) Lib. V.  
d) Fac. hist.  
cent. I. c. XV.



Ceterum in tantâ varietate atque incertitudine si quæ non semper licet vel ut plurimum, attamen nec ita raro, sed sæpè adhuc eveniunt ac observantur, voluerimus respicere, placet nobis iudicium, quod tulit paulò ante laudatus Meibomius, nempe in universum loquendo videri annorum vitæ nostræ tres terminos extremos posse constitui, quasi climactericos ultimos, primum, octogesimum annum, medium, centesimum, & ultimum, centesimum vigesimum. Primum illum (ait idem) Moyses proposuit, quò cum ejusdem sententiæ est Solon apud Laërtium in ejus vitâ; nec multum abludivit Stasias Peripateticus apud Censorinum. Medius non à Græcis tantum Latinisque omnis generis Scriptoribus, sed Juris quoque civilis auctoribus inculcatur. Quinimò hanc annorum in *ἑξατοῦτα* in Sibyllæ versibus inculcatam, & Ecclesiastici cap. XVIII. legimus. Hæc de causâ Xerxes armatam Asiae totius juventutem contemplatus, lacrymas tenere non potuit, quod intra centum annos perituram eam omnem sciret. Ultimus denique terminus est anni centesimi vigesimi, id quod rectè colligitur ex Genes. cap. VI. & Deuteron. XXXI. quidquid etiam aliis fuerit visum. Hunc præterea (pergit) plurimi posuerunt: Aruspices apud Vopiscum in Tacito; Quintilianus, sive alius Autor Dialogi de causis corruptæ eloquentiæ; Trebellius Pollio in vitâ Claudii; Servius ad illud Virgilii Aeneid. IV. Vixi, & quem dederat cursum fortuna peregi; quorum verba recitare non lubet.

## §. XV.

Ex his primi exempla adducere velle, prorsus supervacaneum foret. Ut enim paulò ante diximus, octogenarios tales vix vicus est, qui non semper aluerit. Secundi verò exempla utut omnibus diebus locisque fortè non pro-

l. cit. pag. 8.

Ps. XC. v. 10.

Lib. de die  
nat. cap. XIV.

§. 8.

§. VIII.

prosent  
minum,  
tenti hab  
invisa ve  
co de V  
pulosior  
octogen  
inter l  
octo,  
plebau  
teris a  
profes  
homin  
potuit  
ita cum  
minum  
ter alia  
tiori.  
cor S.  
At m  
re su  
tum  
in di  
num c  
tudin  
Lem  
ca hi  
qviba  
ad sep  
subita



prostant, sunt tamen non adeò rara, nec ulli fortassis ho-  
minum, modò ζῶον πολιτικόν natus, qui domibus aliis con-  
tenti habeantur ac agant, inquirere non fuerit pigratus,  
invisa vel inaudita. *Apud nos in Angliâ* (scribit Franc. Ba- l. cit. pag. 88.  
co de Verulamio) *arbitror, non existere villulam, paullo po-* §. 20.  
*pulosiorem, in quâ non reperiatur aliquis vir, aut mulier, ex*  
*octogenariis. Etiam ante paucos annos in agrò Herefordiense*  
*inter ludos Florales instituta erat chorea & saltatio ex viris*  
*octo, quorum etas simul computata octingentos annos com-*  
*plebat; cum, quod alteris eorum ad centenarium deesset, al-*  
*teris aliquibus superesset. Qui uti argumentum hoc de* pag. 120. seqq.  
*professò tractans, vivaciorum ex omnibus seculis ac terris,*  
*hominum item ordinibus, exempla illustriora, quæ modò*  
*potuit exquirere, studiosissimè collegit atque consignavit,*  
*ita cum primis quoque plurimum meminit, illum ætatis ter-* pag. 156.  
*minum sani vegetique qui attigerunt. Ex Venetis* (inquit in-  
*ter alia) reperiuntur haud pauci longevi, etiam gradu eminèn-*  
*tiori. Franciscus Donatus Dux, Thomas Contarenus Procura-*  
*tor S. Marci, Franciscus Molinus item Procurator S. Marci, alii.*  
*At maximè memorabile est illud de Cornarto Venetò, qui corpo-*  
*re sub initiò valetudinario cœpit primùm metiri cibum & po-*  
*tum ad certum pondus, in curam sanitatis. Ea cura transiit usu*  
*in diatam, & ex diata in magnam longevitatem, usque ad an-*  
*num centesimum, & ultra, integris sensibus, & constanti vale-*  
*tudine.*

§. XVI-

Digna quoque memoratu cum videantur, quæ Levin.  
Lemnius, proximè præteriti seculi Scriptor, retulit, placet Libb. de oẽ-  
ea his addere. *Sunt nonnulli validi robustique senes, (ait)* cult. nat. mi-  
*quibus adolescentia continenter ac moderatè transacta est, qui* rac. IV. cap.  
*ad septuagesimum annum fœcundi sunt, & in peragendo con-* XXIV.  
*sultu viriliter subsistunt; quorum multa exempla Brabanti,*

Gotbi





Gotbi & Sveci suppeditant. Sic enarrantem audivimus Nauclerum quendam fide dignum, quum Stockholmia negotiaretur, imperante Gustavo, patre invictissimi Regis Sveciae Erici, qui nunc rerum potitur, se accitum Regis interfuisse nuptiis viri cujusdam centum annorum, qui in matrimonium adsciverat triginta annorum sponsam, ex qua complures illum sustulisse liberos indubitate fide memorabat. Erat enim vir (ut sunt in ea regione plurimi) adeo crudam viridique senectam, ut vix implevisse annum quinquagesimum videretur. Apud Tungros quoque, atque in Campaniam Brabanticam, ubi mira aeris clementia, & gens temperans, & frugalis, inauditum non est, sed prope modum vulgare, octoginta annorum viros virgines non admodum annosas in conjugii societatem adsciscere, atque ex iis proles excitare. Similes historias ex aliorum Medicorum observationibus adduxit etiam Paulus Zacchias Romanus, comprobans iis veritatem triti proverbii, quod dicitur, virum quemcumque filios procreare posse, quousque fursuris quartarium potest elevare.

Quaest. Med.  
Legal. Tomo  
III. Consil.  
LXXV.

§. XVII.

His ut ex currente hoc seculo aliqua addamus, sane octogesimum vitae annum qui superaverint, constant plures. Sic enim gloriosissimae memoriae Principem AUGUSTUM, & ob insignia in rem publicam, cum primis vero literariam merita augustissimum, omniumque fastis aeternum celebrandum, Brunsvicensium, dum viveret, ac Luneburgensium Ducem, anno octogesimo octavo terris his egressum esse, recenti adhuc omnium haeret memoriam. Cujus interim senescentibus licet paulisper membris, animus tamen semper florem juventutis retinuit, ut inde ejus senectuti biennio ante beatum obitum commodè adplicare voluerit nobilissimus Meibomius <sup>a)</sup>, quae Seneca <sup>b)</sup> de senibus

<sup>a)</sup> l. cit. p. 24  
<sup>b)</sup> Ep. XXVI.



bus quibusdam dixit: *Multorum senum (ajens) viget animus, & gaudet non multum cum corpore: magnam oneris sui partem deposuit: letitiâ exultat, & illis de senectute controversiam facit: hunc ait esse florem suum.* Quæ felicitas Scipioni quoque Claramontio Cæsenati obtigit, Heroi literario pluribus nunc seculis sine pari, biennio licet ferè inferiori, cujus gloriæ optumè meritæ hæc inter alia scripsit illustris Conringius: *Ad illud usque ætatis integrâ satillum pervenisse valetudine, ostendit luculentè saltem opus de Universitate, quod ab ipso annum jam agente septuagesimum nonum est ita ad finem perductum, ut pristini acuminis vigorisque nullum detrimentum sentire sit. Est autem eadem senii rarissimas vires & in aliis circa id tempus exaratis voluminibus exactissimâ subtilitatis deprehendere. Neque enim dubitavit etiam tum cum integræ ætatis & maximi ingenii viris super gravissimis Mathematicis controversiis in Philosophicam arenam descendere, susceptâ veteris doctrine generosâ defensione. Quod ipsi etiam ideò minùs difficile fuit, quoniam polluit planè excellenti ingenii & judicii robore, nec tantùm illas, quæ ab aliis excoli solent, omnigenæ Philosophiæ partes feliciter sibi comparavit, sed omnes quoque Mathematicas subtilitates est emensus, quod ante ipsum ex iis, qui Peripatum amant, pari successu fecerat nemo. Et verò eos in Mathematicis fecit progressus, ut propriis ipsorum armis ipsosmet Astronomorum nostri ævi principes, Aristotelicæ doctrine superbè insultantes, ferè coegerit in ordinem, & aciem Peripati, fugâ triariorum suorum jam deploratam, tantùm non in integrum restituerit, quò canere illi possint Ennianum illud verbò duntaxat mutatum: Unus homo nobis numerando restituit rem. Quibus & alia similis sensus subjicit, fidemque simul facit testimoniis ipsorummet ejus adversariorum, Kepleri ac Riccioli.*

*Prefat. in  
ejus Libros  
de conject.  
cujusque  
mor. & lat.  
animi af-  
fect.*



§. XVIII.

Sed noti etiam sunt alii *annis majores*. Namque & hodiè *Argentorati* vivit docetque *Melchior Sebizius*, *sexturnum supra nonagesimum* jam agens, corpore animoque satis vegeto, atque hòc suòmet exemplo arti, quam profitetur, certitudinem ac veritatem contra omnium contradictiones sufficientissimè adserens, dignusque, quem *Germanorum Hippocratem* dixerimus: ut qui *Coo* veluti ætate ferè proximus, (istum enim ad *quartum & centesimum* eventum quidam tradunt) sic scientià verissimè secundus est, inter alios sui ordinis excellens *velut inter ignes Luna minores*. Atque ne longius eamus, (neque enim opus, ex omnibus terris adducere testimonia, sed pauciora quoque, sat certa modò fuerint, poterunt esse instar plurium) ipsam hanc Jenam nostram & plures semper aluisse, & in hunc usque diem alere cives, *octogesimum supergressos*, & ante annos etiam hos viginti sepeliisse senem, *nonagenarium, D. Joannem Majorem, Ecclesia per dimidium ferè seculum Pastorem, vicinarumque Superintendentem vigilantissimum, nec non Academia Professore seniore, Theologum etiam post funera clarissimum*, ab Excellentiss. Dn. Præside, Præceptore meo maxumè colendo, edoctus sum. Sicut & omnibus visus est nuper admodum *mendicus* curru per plateas vectus, *quintum supra centesimum* annum agens, corpore infirmò quidem, satis tamen adhuc obesò. Advenit quoque sapiens ex pago *Elknis* / *miliari præter propter abhinc distante, Margareta Schulerin* / ex herbis medicinalibus, quas colligit, victum quaerens, mense proximè præteritò *Juniò annum seculi secundi primum* ingressa, uti non modò ipsa, sed & alii, quibus innotuit, constanter adseverant. Sat celebris verò in totò hòc districtu est foemina, tum ex mercatu isto, cui studet,

tum

Vide Seranum in Vita Hippocr.





tum &, quod in Coburgensium Francorum agrò genita  
quidem, sed in matre superstes, ex ejus mortuæ uterò ex-  
cisa fuerit, adeoque ex *Cæsonum*, quos Veteres ita vocavere,  
fit numerò. Unde & à vulgò ejus loci semper nominari  
solet *das ungeborne Fräulein*. In cujus vivacitate quidem  
omniò id miratu dignum occurrit, quod ad istud ætatis  
fastigium ipsa provecta, multis quoque dimidiò junioribus  
corporis tam quàm animi viribus videatur superior, cum  
tamen non nunc modò pluribus annis vidua pauperrima,  
per agros, nemora, sylvas, pagos, vicos ac oppida cotidie  
discurrens, plantas quærat ac vendat, sed antihac etiam  
in militiâ maritos suos comitata, variis in regnis ac pro-  
vinciis omnes belli incommoditates tulerit, eoque vitam  
semper durissimam vixerit.

§. XIX.

*Tertii* denique *termini* exempla rariora quidem sunt,  
attamen visa quibusdam & olim, & recentioribus tempo-  
ribus, quin nonnullorum quoque, qui ipsum transcendere  
rint. Ita certè de *Æthiopicis* scribit Herodotus, centesi-  
mum vigesimum annum ipsis fuisse vitæ terminum, eumque  
nonnullos excessisse. Item de oppidò *Achrotò* in monte  
*Atbò*, ejusque summo vertice Solinus, illic dimidio longiorem  
quàm in aliis terris incolentium ætatem prorogari. Mutia-  
nus etiam apud Plinium a) auctor est, in *Imoli montis cacu-  
mine*, quod vocant *Tempsin*, CL. annis vivere. Quò locò  
idem hic b) longum catalogum producit quorundam ex  
maximâ longevitate celebrium. Sed, ut suprâ quoque  
monuimus, de pluribus ipsismet dubitat, ex inscitiâ  
temporum accidisse, quæ de ipsis prodita fuere, ajens. An-  
num enim (sunt ejus verba) alii æstate unum determinabant,  
& alterum hyeme: alii quadrupartitis temporibus, sicut Ar-

Vide Plini-  
um histor.  
Mundi Lib.  
VII. cap. IX.

Lib. III.

cap. XVII.

a) hist. Mundi

Lib. VII.

cap. III.

b) ibid.

§. XIII.

ibid.



*ibid.* cades, quorum anni trimestres fuere: quidam Luna senio, ut Ægyptii: itaque apud eos aliqui & singula millia annorum vixisse produntur. Postea verò addit: Ut ad confessa transeamus, Arganthonium Gaditanum octoginta annis regnasse, prope certum est. Putant quadragesimo cœpisse. Masinissam, sexaginta annis regnasse, indubitatum est: Gorgiam Siculum centum & octo vixisse. Q. Fabius Maximus sexaginta tribus annis Augur fuit. Marcus Perpenna, & nuper L. Volusius Saturninus omnium, quos in Consulatu sententiam rogarant, superstites fuere. Perpenna septem reliquit ex iis, quos censor legerat: vixit annos XCVIII.

§. XX.

*lib. eod. cap. 11.* Alibi & hæc refert: Cynos, Indorum genus, Isigonus tradit annis centenis quadragenis vivere. Item Æthiopus Macrobius & Seras existimat, & qui Athon montem incolant: hos quidem, quia viperinis carnibus alantur: itaque nec capiti, nec vestibus eorum noxia corpori inesse animalia. Onesicritus, quibus in locis India umbra non sint, corpora hominum cubitorum quatuor, & binorum palmorum existere, & vivere annos centum triginta, nec senescere, sed ut mediò ævo mori. Crates Pergamenus Indos, qui centenos annos excedant, Gymnetas appellat, non pauci Macrobius. Ctesias gentem ex his, quæ appellatur Pandore, in conuallibus sitam, annos duccenos vivere, *cap. XLIX.* in iuuentute candido capillo, qui in senectute nigrescat. Et iterum: Centum viginti annos Parma tres edidere, Brixelli unus CXXV. Parma duo CXXX. Placentia unus CXXXI. Faventia una mulier CXXXII. Bononia L. Terentius Marci Filius, Arimini verò M. Aponius CL. Tertulla CXXXVII. Circa Placentiam in collibus oppidum est Vellejacium, in quo CX. annos sex detulere, quatuor CXX. unus CXL. M. Mutius M. Filius, Galerius Felix. Ac, ne pluribus moremur in re confessâ, in regione Italia octa-



octava centenū annorum censi sunt homines LIII. centenū denū homines LVII. centenū vicensū quinquenū homines duo, centenū tricenis homines quatuor, centenū tricenis quinquenū aut septenis totidem, centenū quadragesimū homines tres. Hæc omnia Plinius.

§. XXI.

Similia, multa que simul vivacitatis majoris, adnotata legere est apud alios, præprimis sapiens nunc allegatum Verulamium; ut quem eorum pleraque congestisse a), adductis variis locorum, temporum, familiarum item ac vitæ circumstantiis, antea b) diximus. Nempe refert c), tradit à pluribus, sectam Esæorum apud Judæos ultra centum annos communiter vixisse, atque ejus etiam ætatis fuisse Qu. Metellum d); item annorum CII. Xenophanem Colophonium e), CIII. Terentiam Ciceronis uxorem, multis licet ærumnis conflictatam f), CIV. Hippocratem g), & Gartium Aretinum, Petracæ proavum b); CV. Antonium, primum Cœnobitarum institutorem i); CVI. Xenophilum, antiquum è secta Pythagoræ Philosophum k); CVIII. Gorgiam Leontinum Rhetorem l); CIX. Democritum Abderitem m); CXIII. Paulum Eremitam n); CXIV. Clodiam Ofilii filiam o); CXX. Simeonem Cleopæ, Fratrem Domini dictum, atque Episcopum Hierosolymitanum p); & suâ ætate Guilielmum Postellum Gallum q); CXXX. Apollonei Thyanei illius, quem Ethnici pro divino, Christiani autem pro Magô habuere, avum r); CL. vel CLX. Cyniram, Cypriorum Regem s); porro CL. complures in Imoli montis fastigio t); CLVII. Epimenidem istum Crentensem, quem LVII. ipsorum sub antro delituisse ferunt u). Et addit x): Apud Epios, Aetoliæ partem, narrant universam gentem admodum longævam fuisse, ut multi ex his ducentis annorum inventi sint. Inter eos præcipuum quendam



p. 132. §. 15.

§. XIX.

dam, nomine Litorium, virum gigante stature, qui trecentos annos cumulaverat. Seorsim etiam notat, memorabilem cum primis esse annum Domini septuagesimum sextum, tempore Imperatoris Vespasiani, ut quò cum census peractus fuerit, de etatibus auctoritatem & informationem fideissimam habens, longævitatis tanquàm fasti apud Historicos reperiantur, atque in eâ parte Italia, quæ jacet inter Apenninum & Padum, adnotati, qui annum centesimum æquaverant, & superaverant, centum ac viginti quatuor. Quem catalogum modò ex Plinio adscribimus.

§. XXII.

a) *Histor. & Obser. Medico-Phys. cent. II. Obs. XXXIX.*  
b) *Hist. Anatom. & Medic. rar. cent. V. Histor. XXVIII.*  
c) *Itinerar. Pers. Lib. III. cap. XXIV.*  
d) *Lib. I. ep. LXXIX.*  
e) *l. cit. p. 11.*

Finem historiis imponemus paucis, à recentioribus novissimorum temporum nonnullis memoratis. Nimirum Bastideæ juxta S. Amantium Tuoté dictum, rusticum, CXX. & fæminam pariter CLVI. annos natam, viriditamen senectâ & hanc & illum rerum suarum optumè satagentem, adducit Petr. Borellus a), item illustre sidus Danorum Thomas Bartholinus b) Thomam Parr Anglum, qui annum CXXX. excesserat, & ætatis suæ CXV. viduus, amore Catharina Milten deceptus, eamdem insigni corporis robore contempserat; nec non Ad. Olearius c) nobilem quendam Anglum, qui CXXV. annos impleverat, & matrimonium iniierat. Sic & aviam suam CX. annò mortuam scribit Jo. Langius d) Excellentiss. Meibomius e) etiam ex suâ familiâ exemplum notabile adducit. Bernardus Dreierus, (inquit) Senator Lemgoviensis, Pater magni illius Theologi Joannis Dreieri, suò tempore auctoritatis non parvæ, & scriptis clari, perque magnam Westphalia partem veræ religionis instauratoris, cujus filiam Proavus meus Martinus Meibomius conjugem habuit, is, inquam, ad annum ætatis CXX. pervenit. Fide ve-



de verò aliorum hæc refert: *In insulâ Taprobanâ, in insulâ* <sup>pag. 6.</sup>  
*Onor, in Reamâ Felicis Arabia urbe, homines ultra CXX. an-*  
*nos vivere, discimus ex relationibus Nautarum. De Sinarum*  
*regione admodum constans fama est, homines multò ibi lon-*  
*gaviores esse, quàm in reliquis Asia provinciis, ita, ut etatem*  
*atingant multi CC. annorum. Abraham van der Mylius in* <sup>pag. 7.</sup>  
*epistolâ ad Jo. Beverovicium relatum hoc scribit, se prasente*  
*Amstelodami à Sinensi quòdam, qvi, licet jam tum sexagena-*  
*rius, vix triginta visus explere annos. De Brasiliensibus*  
*idem scribitur. Vaseus in Hispania Chronicò scribit, non esse*  
*mirum, hominem CXX. atatis annum explere, & tales non*  
*paucos in Portugalliâ repertos esse, suis etiam temporibus In-*  
*teramni. Novisse se, addit, anum quendam, quæ jam decem*  
*supra centum annos computabat, cum ista scriberet, cujus ma-*  
*ter usque ad CXX. annos pervenit. De Hybernis Borealio-*  
*ribus, insularumque Arcadicarum incolis, constanter refertur,*  
*illos admodum vivaces esse, adeò, ut ad tedium usque vivant,*  
*mortemque agrè consequantur, nisi inde in alia loca transfe-*  
*rantur.*

§. XXIII.

Sed historiarum tandem satis. Quarum numerum  
quidem additis aliis augere, quàm facilè etiam possemus,  
veluti non sine causâ super sedemus, sic dicimus quoque a-  
pertè, neque ex illis, quas adduximus, singulæ veritatem  
nos esse evicturos. De pluribus enim quæ judicia jam  
ab aliis sint lata, superius diximus. Et certè plurimorum  
insolentissima in adserendò quòvis, quomodocunque  
etiam visò vel auditò, audacia satis hæcenus excusavit,  
quæ in Ephorum, *Cometen quendam in duas stellas discesis-*  
*se profesum, dixit Seneca, & pluribus duriora fuere visa.*  
*Nec magna (ait) molitione detrahenda est auctoritas Ephoro:*

§. XIII.

*Quæst. natu-*  
*ral. Lib. VII.*  
*cap. XVI.*

*Histo-*



*Ibid.*

*Historicus est.* Reverà namque (quod addit ille) *quidam, incredibilium relatu commendationem parant, & lectorem, aliud acturum, si per quotidiana duceretur, miraculo excitant. Quidam creduli, quidam negligentes sunt: quibusdam mendacium obrepit, quibusdam placet. Illi non evitant, hi appetunt. Cui testimonium luculentum præbet fabula itidem præsentis argumenti, de Abas verò Ebræo, sutore Hierosolymitano, quod ille passioni Christi interfuerit, & adhuc per orbem vagetur inquietus.* Nam & ei fidem facere visus fuit D. Paulus Eizen, Episcopus quondam Slesvicensis, contestatus, se Hamburgi annò MD XLVII. vidisse Ebræum nudis pedibus, staturâ procerâ, crinibus prolixis, & summâ animi devotione JESU nomen inclamantem, narrantemque justâ serie, quæ fuere gesta tempore passionis ejus, Apostolorum item, & sequentium utriusque Imperii Principum: adferentem etiam, impositam sibi banc per orbem universum errandi pœnam esse, quod ostio suo, ubi quiescere ad crucis supplicium ducendus Christus voluit, acerbis verbis submoverit. Sed hæc, dum Evangelistarum, Apostolorum, & Ecclesiastica omnium Patrum historia tacet, quis crediderit?

*Vid. Th. Bartholin. l. cit. pag. 47.*

§. XXIV.

*Quæst. natural. Lib. IV. cap. III.*

Nostra igitur hîc facimus iterum illa Senecæ, quibus inquit: *Ex his me testibus numerâ secunde notæ, qui vidisse, quidem se negant, sed audiisse. Aut, quod historici faciunt, & ipse faciam. Illi cum multa mentiti sunt ad arbitrium suum, unam aliquam rem nolunt spondere, sed adjiciunt: Penes auctores erit fides.* Intereà verò quot ac quæcunque etiam ex allatis exemplis exciderint, tamquam ficta, aut saltem dubiæ veritatis, pluribus tamen adhuc sufficienter confirmabitur id, quod diximus, quodque ut fundamentum nostræ disquisitionis constituendum est, *fuisse & temporibus præteritis,*



veritis, & inveniri hodieq; longævus in genere hominum, quique terminos illos vite naturales, quos supra ex Cl. Meibomio constituimus, attingere, quin etiam, qui illos excessere. Scilicet, ut hic iterum verissimè scribit, sicut illi, qui in studio currunt, terminum sæpè prætereunt, & extra præscriptos fines procurrunt, sic etiam in hóc vite nostræ curriculo aliquot invenias, qui non primum tantum illum, & medium, sed ultimum quoque terminum transgrediantur. Et horum exempla si non oppidò multa, attamen aliqua habentur indubitatae veritatis.

§. XXV.

Ad causas talismodi longævitatis naturalis ut nunc adcedamus, ut quarum inquisitio unicè naturalis Philosophiæ, indeque etiam præsentis nostri instituti est, certè eas reddere atque exponere neutiquàm proclive videbitur, si vel dissentientium híc Doctorum multitudinem spectaverimus, vel difficultates, quibus totum de vitâ argumentum est impeditum. Reverà enim ita est, ut eloquitur Cl. Sperlingius: *Vivunt ac moriuntur planta, bruta, & homines. Omnes morti propiores sumus hodiè quàm heri, & cras, quàm hodiè, & nunc, quàm paulò ante, & paulò post, quàm nunc, & post annum, quàm ante annum. Ast quid vita? Quid mors? Vivimus sanè, sed quanam vitæ ratio sit, etiam lumina clarissima vix balbutiendo efferent. Moritur doctus similiter ac indoctus, & quid mors sit, mentis vix adsequitur acie.* Non injurià verò Joann. Francisc. Picus, Mirandulæ Concordiæque Comes, incertitudinem istam atque disensum ægrè ferens, dixit, *non in vitâ solum, sed ad mortem usque de ipsâ etiam morte corrixari Philosophos.* Quibus tamen non obstantibus optumè rursus judicasse nobis videtur excellentis. Meibomius, dum ait: *Nullum du-*

§. XIV.

l. cit. pag. 10.

Instit. Phys.  
Lib. VII. cap.  
II. explicat.  
ad præcepta  
in gen.

Exam. doct.  
Sanit. gent.  
cent. Lib. I.  
caq. XVI.

l. cit. p. 15.

D

bium



biūm est, quā potissima causa longevitatis à cuiusqve depen-  
deat temperamento, quāle id à naturā in primò contigerit  
ortu. Et sanè hæc res usqve adeò est liquida, ut non Philoso-  
phi tantū omnes & Medici inter se, sed cum his quoqve Che-  
mici, discordes aliàs fratres, in hoc ultrò conveniant.

§. XXVI.

Nimirum evidentissimum est, in nobis esse vitæ nos-  
træ principium, sive per hanc intelligamus animæ in corpo-  
re mansionem, uti ex Aristotele a) definiunt Scholæ pleræ-  
que, sive, ut vulgò vocari solet b), ipsas viventis substantiæ  
operationes. Quis enim quæso dicere audeat, quod nutritur vel  
crescit Petrus, à causâ extrinsecâ esse, vel etiam, quod anima  
ejus corpori unita maneat? Ecquæ namqve hæc erit? Sanè,  
ut taceamus, ubi Deus primum hominem condidit, dici  
Genes. II. & 7. expressè in historiâ sacrâ, inspirâsse in nares ejus spiracu-  
lum vitæ, h. e. (nam ita vertunt Interpretes,) animam, quâ  
Cap. VII. & 15. respiret ac vivat; & similiter de cæteris animalibus, quod ha-  
beant in se spiritum vitæ: usqve adeò fuit id liquidum pri-  
mis Philosophis, ut, Aristotele teste, Φύσις quoqve à verbo  
V. Metaph. Φύσιν sit deducta, & primò omnium notârit τὴν τῶν Φυε-  
cap. IV. t. 5, μένων γένεσιν, viventium generationem. Nec idem nisi con-  
cessisset atqve statuisset ipsemet quoqve Paracelsus, adse-  
rere potuisset, quod suprâ ex eò allegavimus, in nostrâ  
§. VII. potestate situm esse vitæ nostræ terminum; quamquàm hoc  
ibid. falsissimum esse itidem monuerimus. Quòd verò (si non  
unicè, saltim simul) ex temperamento, quò constamus, depen-  
deat vitæ, vel ex eò fati innotescit, quod, prout id varia-  
verit, hæc quoqve variet, saniqve vel ægri vivamus. Id  
quod iterum ab Hermeticis ultrò conceditur, ut quos le-  
gimus vitam definire balsami innati per calorem conveni-  
entem promotionem ad habilitandum & disponendum corpus  
in hoc,



*in hoc, ut aliunde nutrimentum instar Magnetis sibi attra-  
bere, atque in eo sui conservationem propagationemque ob-  
tinere possit; veluti hæc expressa verba sunt Henrici Nol-  
lii, inter recentiores istius sectæ Doctoris primi subsellii. Phys. Her-  
met. Lib. IX.  
cap. 1. axi-  
om. 1.*  
Indeque, si causa vitæ nostræ in nobis ipsis habetur, atque de-  
pendet à cujusque temperamento, in eodem hoc quærendam  
quoque esse causam vitæ longioris vel brevioris, liquidissime  
sequitur.

§. XXVII.

Neque etiam dissentire hinc poterunt Astrologi illi  
Genethiaci, qui influxui astrorum omnes tum conceptio-  
nes ac generationes, tum quoque natorum temperies, vitam,  
mores, fortunas, & universim omnia eis convenientia, vel ab  
eis acta, seorsim verò etiam mortis tempus & genus adscri-  
bunt, indeque (ceu scitè eos describit Ger. Jo. Vossius) Libb. de The-  
olog. gent. &  
Philosoph.  
Christ. II.  
cap. XLVIII.  
velut humani quidam Joves sic de futuris omnibus pronunciant,  
quasi omnes & singuli hominum actus determinantur à  
cælo, nec per contingentiam aliquid, sed necessario omnia,  
atque inevitabiliter fiant. Quantum enim illi etiam sideri-  
bus tribuant, negare non poterunt, cuius hominum insitum  
esse suæ vitæ principium, etsi id fortè (quod nunc ponemus)  
ab externò quòdam, cælo nempe, foveatur vel dirigatur. In-  
tereà verò nota optumè sunt, quæ contra sciolos istos at-  
que divinatores disputata non à Philosophis modò, sed &  
Theologis, quin publicà etiam Magistratum auctoritate  
dudum edicta atque statuta fuerint, & prolixè refert tum  
idem Vossius, tum & alii. Certè, ut ille pariter benè no-  
tavit, ibid.  
sapientissimi quoque quique gentilium artem eam non  
artem putarunt, sed imposturam, eique credulos damnarunt  
dementia. Quò de quemadmodum fusioribus nobis esse  
nunc non licet, (nam alius loci est ejus examen) sic satis-





Lib. de A-  
strol. nsu.  
pag. 26. &  
27. edit.  
Ant & Corp.  
anno 1554.

ibid.

facere in praesenti plenissimè videntur, quæ Lev. Lemnius idem argumentum tractans disserit, & proinde nostra facere placet. Longè minores (ait ille) motus cient in corpore astra, multòve inefficaciùs & tardiùs impellunt ad agendum concursus influxusqve siderum, quàm qualitates ipsæ elementares, quàm humores corpori cognati & familiares, quàm ipsa alimenta, ex quibus humores suam naturam, suasqve qualitates sortiuntur. Aliquando enim (pergit) concitatiores magisqve fervidos vinum facit meracius, liberaliusqve haustum, quàm Martis rutilantis radii. Nonnulli enim, ubi vino plus satis incalescunt, ad arma prosiliunt paulò ardentius, quàm si ex astris impelli contingat. Deniqve paulò acriùs lumbos incitant, partesqve corporis abditas atqve obscænas tæntigine afficiunt scincus, bulbi, orchi, satyriones, cicercula, fungi, eruca, nasturtium, rapa, napi, eryngium, cinara, scolimos, quàm Veneris, aut cuiusvis sideris influxus & inclinatio. Sic salubris dieta victusqve temperantia & frugalitas, optimum corporis habitum, motusqve animi sedatos constituunt. Prava autem vivendi consuetudo, quæ luxum, vitæqve intemperantiam comites trahit, deterrimum corporis habitum efficit, ex quò ferè similes animorum motus affectionesqve emergunt. Optumè!

#### §. XXVIII.

Diximus autem, vitæ causam potissimam à cuiusqve temperamentò dependere. Ubi quidem, an cum eò concurrat simul quædam alia ejusdem generis ac ordinis, disputari posse, nec ignoramus, nec negamus, intereà tamen id putamus ut indubitato verum nunc posse sufficere, atqve quod de isto statui debeat, quemvis itidem facillè visurum, ubi priùs, quantum dicta temperies vitæ conferat, constiterit. Quod ipsum verò cum patere nequeat, nisi tum quæ vitæ nostra,



nostra, tum & quæ temperamenti sit ratio atque conditio,  
fuerit cognitum atque perspectum, de his ante omnia  
erit videndum. Omniñò namque & hîc valet præceptum  
istud Analyticum: *πᾶσι διδασκαλία, καὶ πᾶσι μάθησις ἀνα-* *1. Analyt.*  
*λογικὴ ἐκ προεπαρχέσης γίνεται γνώσεως.* *Omnis doctrina,* *init.*  
*omnisque disciplina intellectualis ex antecedente fit cog-*  
*nitione.*

§. XXIX.

Primò itaque, ut brevissimis ea exponamus, *vita sumta*  
*modò priore ex illis, quos paulò ante diximus, nihil est aliud,* §. XXVI.  
*quàm μονὴ τῆς θεητικῆς ψυχῆς σὺν τῷ θερμῷ, mansio vel mora*  
*animæ nutrientis in corpore cum calidò: uti generatio viven-*  
*tis, ἡ πρώτη μέθεξις ταύτης, prima ejusdem participatio.* Ita  
scilicet docuit verissimè ipsâ veritate edoctus Aristoteles,  
& facillè quivis percipiet, modò *viventium initium atque* *Lib. de Re-*  
*statum attentè inspexerit.* Sicuti enim *generationem vi-* *spirat. cap.*  
*ventis absque formæ suæ, ex quâ dicitur, cum corpore unio-* *XVIII.*  
*ne nemo facillè dixerit, nisi substantiam naturalem sine for-*  
*mâ, & generationem sine termino ad quem adserere voluerit*  
*ridiculè, ita profectò, simulac anima in corpore esse incipit,*  
*etiam nutritio incipit, & hæc prima viventium est opera-*  
*tio.* Unde & *anima nutriens πρώτη καὶ κοινὸτατὴ δύναμις, pri-* *II. de animâ*  
*ma ac maxumè communis potentia vocatur, utpote καὶ ἢ* *cap. IV. t. 34.*  
*ὑπάρχει τὸ ζῆν ἅπασιν, secundum quam vivere omnibus in-*  
*est.* Nutritionem autem *sine calidò haberi non posse, vel in-*  
*de satis liquet, quod alimentorum adsumptorum coctionem,*  
*immutationem atque motum subponat, quos actus omnes*  
*unicè calidi esse constat.* Quæ quidem adeò sunt liquida,  
ut tam *nutritionem quàm augmentationem in illud solum,*  
*ut causam multos & olim retulisse, & hodieque referre* *ibid. t. 40.*  
*legamus, indeque summè miremur, quod ex novissimis*



Lib. de fer-  
ment. Sect. III  
cap. II. p. 188.

ibid. Sect. I.  
cap. IV. pag.  
17. & seqq.

Mart. Kergerus adserere non modò potuerit, in piscibus  
coctionem alimenti non caloris, sed frigoris à formâ directi  
beneficiò fieri, sed & adlatæ vitæ definitioni objicere, quod  
inferat, in seminibus, herbis concisis, arefactis, putrefactis,  
combustis, animalibus item, eorumque partibus demortuis  
vitam præstò esse. At verò mortuis persvadeat ille, res  
mortuas habere idem esse, quod obtinebant viva. Vivorum  
enim, & quorum cor ultra melopepones sapit, credet  
nemo.

§. XXX.

Estque, quod secundò notandum, ipsum hoc cali-  
dum illud, quod communiter in Scholis ἐμφυτον, innatum

a) Lib. ad ver-  
sus Lycum  
cap. VII. &  
alibi.

b) Lib. de ju-  
vent. senect.  
vit. & morte  
cap. IV. &

passim alibi.

c) XIV. de usu

part. cap. VI. re

d) I. aph. XV.

VI. Epidem.

com. V. t. 52.

e) Lib. de re-  
spirat. cap.  
VIII.

f) Lib. de ju-  
vent. senect.  
vit. & mor-  
to cap. IV.

Conf. de re-  
spirat. cap.  
VIII. II. de A-

nimà t. 50.

vel insitum, item σύμφυτον, connatum vocatur. Quia scili-  
cet in & cum animali nascitur, ipsiusque corpori à primo  
ortu est insitum. Galenus a) appellavit quoque ἀρχήγονον,  
quali (ut ipse explicat) τὸ ἐξ ἀρχῆς ὑπάρχον τοῖς ἡνωμένοις,  
in genitis statim à generationis initiò existens; Aristoteles b)  
verò φυσικόν, naturale, quoniam, iterum Galeni c) verbò,  
primum nature instrumentum est, & causa omnium in corpo-  
re actionum, adeoque ad illorum naturam maximè pertinere  
videtur. Quemadmodum quidem pro naturâ & ipsâ  
animâ viventium habitum, atque nominibus his sæpè sæ-  
pies vocatum tum priscis multis, præprimis Hippocrati d),  
tum recentioribus quoque legitur. Et si rectè rem consi-  
deramus, est idem, aut in eò saltim maxumam partem con-  
sistit, quod viventibus, ut viventia sunt, tribuitur tempera-  
mentum. Profectò enim ubivis τὸ ζῶν, καὶ ἡ τῆς ψυχῆς  
ἐξ ἑστέρας θερμότητος τινὸς ἐστίν, & vita, & habitus anime est  
cum quòdam calore, uti dixit Aristoteles e). Cujus alibi f)  
etiam hæc verissima sunt verba; Animalium partes omnes,  
& totum corpus ἔχει τινὰ σύμφυτον θερμότητα φυσικὴν, habent  
inna-



innatum quendam calorem naturalem. Quocirca dum vi-  
vunt, calida esse videntur, mortua autem, & vitâ privata,  
contrâ.

§. XXXI.

Nimirum, ut sensibus clarè liquet, veluti universim  
omnium viventium, sic & hominum corpora sunt ἀνομοιομερή,  
disimilaria, vel ex partibus diversarum naturarum compo-  
sita. Quin hæc πολυμορφότερα τῆ ἰδέαι καὶ πολυχρῆστα,  
multiformiorem numerosioremque speciem præ aliis accepe-  
re, quod hominis natura non solum vivendi, sed & benè  
vivendi rationem obtinuerit, ceu rursus optumè nota-  
vit Aristoteles. In corpore itaque nostro non modò  
pro varietate partium sunt varia temperamenta, (cui-  
vis scilicet suum proprium) sed & habetur unum aliquod,  
toti commune, & cujus ratione tum vita, tum etiam mors  
contingit: quandoquidem videmus, etiam extinctò vel  
mortuò homine viscera partesque corporis suas comple-  
xiones, quas ex mixtione habent, quibusque inter se di-  
stinguntur, servare usque dum putrescant. Et illa qui-  
dem vocant aliqui temperamenta propria vel particularia,  
alii temperamenta corporum, alii etiam aliter; hoc verò tem-  
peramentum commune, generale, totius, & viventis. Quod  
posterius in quò consistat propriè, licet non sit una omni-  
um sententia, hoc tamen certissimum est, quod veluti to-  
tum vivens denominat, ita sit à temperamentò singula par-  
tis, considerata secundum comparaturam suam, reverà distin-  
ctum. Et quidem, si verum fateri volumus, nihil est aliud,  
quam calidum id innatum, quod diximus. Quò de vide-  
ri possunt præ aliis Peripateticorum nostri seculi par no-  
bilissimum, Hofmannus a) atque Cæsar Cremoninus b);  
quamquam nec hi in modò loquendi convenient.

§. XXXII.

II. de part. A-  
nimal. c. X.

a) Inst. Med.  
Lib. II. c. III.  
§. 7. Lib. IV. c.  
XXII. §. 2.  
Physiol. Lib.  
II. Sect. VI. c.  
CCCXXIV.

Lib. de cal. &  
spiritu cap. I.  
b) Apolog. di-  
stor. Aristot.  
de orig. &  
princ. mem-  
bror. adser-  
sus Galen.  
diæt. LXXVI.



§. XXXII.

Constitutò verò hòc , dum *cum calidò* non modò *incipit atqve est, quando ac quamdiu est, vita nostra*, sed & *eò desinente desinit, abinde hanc dependere*, (uti quidem nemo, qui modò terminos intelligit, ambiget) porrò videntum nunc, *cujusmodi sit ipsum, & unde dependeat?* De his autem cum proluxa nimis doctrina sit, quam totam adducere nimis longum foret, ne *modum* excedamus, ea saltem excerpemus, quæ instituto nostro cum primis videbuntur necessaria, ejusque simul veritatis ac evidentia, ut licet non ab omnibus agnoscantur, attamen facilè queant exponi atqve deduci. Inter quæ primarium (ex iis verò, quæ notari hic volumus, *tertium*) hoc est: *esse calidum nobis innatum ignem quendam*, uti scilicet ab Hippocrate *a)*, Platone *b)*, Aristotele *c)*, aliisque antiquis sæpè expressè legimus appellatum. Namque, uti etiam Galenus *d)* testatur, *sermo hic, quod calidum innatum flammæ comparetur, apud omnes fermè tum Medicos, tum Philosophos ejus temporis in pretiò fuit. Docet autem id clarissimè ejus ortus, nutritio ac interitus, ceu optumè exposuit Aristoteles uti passim, sic libellis, quos conscripsit de respiratione e), juventute, senectute, vitæque ac morte f)*, & ex his aliqua mox producemus. Estque hoc profectò sensibus tam quam rationi adeò consentaneum, ut nulli ferè dubio locus videatur relictus. Quamquàm non ignoremus, etiam hic moliri atqve contendere quosdam contrarium.

- a) Lib. de arte, dieta; d. de corde & alibi.  
 b) Timæo.  
 c) II. doctrinâ t. 40. II. de pars. animal. c. VII. & IX. & passim.  
 d) Lib. de marasmo cap. III.  
 e) cap. VIII. seqq.  
 f) cap. V. & VI.

§. XXXIII.

Sic enim Chemicorum nonnullorum, qui statuerunt, *in animalium corporibus reperiri lucem cœlestem, de cujus naturâ sit spiritus, & eam esse id, quod aliàs vocatur calidum innatum, quodque sine contrarietate omnes operationes vi-*



nes vitales obit, mentionem facit Albertus Magnus a). Quale quid profusus etiam est proximè præteritò seculò Joann. Fernelius Ambianus b), ad sensum plurium ex posteris nactus, cum primis clarissimi Wittebergensium Medici Dan. Sennerti c), uti porrò & hunc sequuti sunt ejus discipuli plurimi, præcipuè Joann. Sperlingius d), & Ecc. Leichnerus e), Viri undiqve celeberrimi. Licet nec hi in omnibus consentiant, nec eòdem modò loquantur, dum Fernelius quidem disertè *cæleste atqve divinum, & ex cælesti corpore oriundum* vocat hoc *calidum*, Sennertus autem cum suis dicere mavult saltim, *esse nobilioris essentia, quàm elementa, aut ex his mixta simpliciter. Lumen verò, & speciatim Solare*, idem nominat quoqve Joan. Baptista van Helmont f), & ex modernis complures alii.

§. XXXIV.

Certè non diffitemur, speciosissimè ab his talia proponi, ut non mirum, si quidem apud Lectores meliora nondum edoctos fidem impetraverint. Enimverò uti, quibus fulcris (immotis certè) nitatur sententia obposita, ab omnibus Veteribus adserta, modò diximus, ita quidquid etiam contradixerint hi dissentientes, impossibile est, ut quid obtineant. Sicut etiam rationum atqve experimentorum, quæ prætendunt, vanitates optumè detexerunt plurimi, cum primis Archang. Mercenarius g), Pompejus Caimus h), Joann. Argenterius i), Jac. Martini Scotus k), Joach. Curæus l), Cæsar Cremoninus m), Joann. Freytagius n), & incomparabilis Conringius o). E quibus quidem qui Sennertò priores fuere, contra solum Fernelium

E disput-

k) Lib. de primâ simplic. & concret. corpor. generat. cap. XIII. l) Lib. de sensu & sensibil. II. c. XXIX. m) Apolog. dict. Aristos. de cal. inn. dict. VII. & seqq. n) Nova secta Senn. Paracels. detect. & confutat. disp. de cal. inn. cap. V. o) Lib. de cal. inn. cap. IV. & V.

a) Lib. XX. de animalib. Tract. I.

cap. V.

b) Physiolog. Lib. IV. &

Libb. de abder. caus. II. cap. VII. & VIII.

c) Instit. Medic. Lib. I. c.

V. Tract. de cons. & dis.

Chimic. cum Aristotel. &

Galenicis cap. IX. &

alibi.

d) Institut. Phys. Lib. VII.

Q. I. Tract. de cal. innatò;

& de morbis totius subst. Q. VI.

& alibi.

e) Pentade exercit. de cal. innatò.

f) Tract. Blas huma-

num, & in Sole tabernaculum.

g) dilucidat. Philosoph. p.

480. & seqq.

h) Lib. I. de cal. innatò

cap. VI.

i) Lib. de sono & sigil.

cap. V.

lido non modo  
ita nostra, sed &  
(uti quidem ne  
et) porrò viden  
dependeat? De  
quam totam ad  
cedamus, ea sal  
cum primis vide  
s ac evidentiã  
nen facillè quæ  
rium (ex iis verò  
esse calidum non  
Hippocrate a), Pl  
epè expressè leg  
lenus d) testatur  
e comparatur, ap  
ejus temporis  
ejus ortus, nutriti  
toteles uti passim  
ne e), judentur, se  
qua mox produce  
quàm rationi adeò  
s videatur relictus  
moliri atqve con  
lorum, qui statim  
lucem cælestem, de  
quod alias vocatur  
etate omnes operatio  
nes vi





p) *Fract.*  
*de animâ;*  
*de generat.*  
*animal. &*  
*de homine.*  
q) *de cal. inn.*  
*naturâ, 1651.*  
*habitâ;* &  
*de Cal. Si-*  
*vent. innatô,*  
*cum primis*  
*animal. per-*  
*fect. excusâ*  
*1663.*  
r) *Disp. de*  
*Cal. inn. ha-*  
*bitâ 1591. th.*  
*35. & seqq.*

*Vide Arist.*  
*III. de gene-*  
*rat. animal.*  
*c. XI. Thee-*  
*phrast. lib.*  
*de igne.*

disputaverunt, nonnulli verò etiam contra antiquos Chemicos. Omnes interea in omnibus neutiquam sunt oppositi, sed aliqui admiscunt non pauca, quæ nec doctrinis Aristotelicis conformia, nec aliàs verò planè consentanea videntur, quidam verò antiquam in hoc argumento Philosophiam solidissimè instaurant atque demonstrant. Quorum vestigia quoque legens excellentissimus Præses, eandem sententiam nobis proposuit p), & publicis etiam disputationibus q) defendit. Nobis in præsentibus sufficiant paucula, quæ in similem sensum dixit Antonius Varus, in illustri hac Academiâ olim Professor meritissimus r): *Nobis (inquies) rationi & veritati consentanea sententia videtur eorum, qui innatum calidum tetum secundum substantiam elementare, non autem cœleste, statuunt. Ad hoc ponendum primum nos adducunt h. e. v. d. e. a. t. h. s. r. e. q. u. s., indigentia atque necessitas alimenti, quod, si cœleste sit, ipsi in nobis nullum suppeteret. Spiritum enim, quem ipsi pro alimentò largiuntur, idoneum minimè fore, ortus & generatio ejus ex sanguine evincunt. Deinde, quod non caducus, mortalis & corruptibilis, sed immortalis & incorruptibilis homo foret, cum extingui & mori, cœleste quod est, h. e. secundum illos calor innatus, (quò vita definitur) non possit. Est enim ut mors extinctio, sic vita permansio conservatioque caloris innati. Sed nec ratio, quâ in mixtionem cum his caducis elementis descendat, nec compositionis mixtionisque modus explicari potest.*

#### §. XXXV.

Quartò notandum, uti ignium, qui in his inferioribus sunt, omnes vel plerique (nam quid hic statuendum sit, definire institutum nostrum non fert) in aliò quòdam subiectò corpore consistunt, & ad sui conservationem atque perennitatem perpetuò indigent succendiculò, (nam an aliqui, & qui-



Et quoniam sine hoc durent ac perennent, prolixa est disputa-  
tio, ad praesens necquidquam faciens, quam ideo me-  
rito intactam praeterimus) sic talismodi esse quoque nostrum  
calidum innatum, atque ita comparatum, ut in corpore, quod  
nutritur, haerens, quasi solutum & sui juris esse adpareat.  
Quod optumè sequentibus probat laudatissimus Conrin-<sup>l. cit. cap. IX.</sup>  
gius: Ejus rei (agens) indicium capere licet, cum in univer-  
sum ex eò, quod sine alimento nequeat superesse, soli autem  
leves, & exhalare apti ignes nutritione indigeant: tum, quod  
tenui & levi humore, qualis vini est spiritus, aut vapor odo-  
ratus, capiat incrementum, id autem non aliter fiat, quam  
re illà in ignem transmutatà, res verò levis ac tenuis vi calo-  
ris non nisi in tenue quid & leve commutetur. Porro constat,  
suffocatione etiam perire ignem nativum cordis. Neque verò  
id notum tantum est ex gutturis constrictione; imò illa quo-  
modo mortem conciliet, merito quis dubitet. Verum pulchrè  
admodum id cernere est, si vivi animalis aperto thorace & pe-  
ricardiò constringas venam arteriosam, aut in piscibus, aliis-  
que id genus oviparis, fistulam illam, quae ex corde tendit sur-  
sum, & venae huic arteriosae respondet officio suo. Ita sanè mul-  
tò sanguine emori vim & calorem cordis, cernere est, perinde  
atque multò oleò suffocatur flamma. Atque hoc modò soli le-  
ves & mobiles ignes intereunt.

§. XXXVI.

Quintò ponimus, indubiè hujus calidi principium at-  
que fontem esse cor. Hoc scilicet primò oritur, adeoque est  
partium totius corporis prima, & simulac oritur, calet at-  
que vivit. Hoc enim profectò praeterquam quòd *avrofia*  
clarissimè monstret, tam evidentibus etiam rationibus <sup>II. de part.  
animal. c. IV.</sup>  
ostendit confirmavitque Aristoteles, ut nullius, quicumque <sup>Lib. de Jus-  
sant. senect.</sup>  
etiam ille fuerit, contradictionem metuamus. Neque





Vita & mor-  
te cap. IV.  
& alibi.

l. cit. cap.  
XIX. & XX.

§. XXX.

a) VII. exerc.  
Anat. cap.

VIII. Lib. VI.  
de usu part.  
c. VII. XX.

& XXII. Lib.

de usu respir.  
cap. V. Lib.

III. de differ.  
respir. c. VIII.

Lib. IX. meth.  
med. c. X. Lib.

V. de loc. aff.  
c. I. Lib. de

form. fæt. c.

III. Com. in  
VI. epidem.

IV. t. 24.

b) IV. de mor-  
bis. t. II. Lib.

de corde t. 5.

c) Timæo.

d) Medic.  
Physiol. cap.

VI. artic.  
XVII. §. 107.

e) Lib. de  
corde t. 5.

etiam curamus in præfenti, quod disputetur à nonnullis, an  
id calidum vel omnibus ac singulis partibus, vel unà cum corde  
quibusdam aliis quoque insit? Nam quidquid hujus fuerit,  
(quò de sciendi cupidos ad excellent. Conringium aman-  
damus) istud, quod diximus, est verissimum, cordi illud &  
primò inesse, & ab eò etiam servari toti corpori. Necesarium  
est, (sunt verba Philosophi, subjuncta statim iis, quæ paulò  
ante adduximus) ut ejus caloris principium sanguineis ha-  
beat in corde, ex sanguibus verò in eò, quod huic respondet  
proportione. Operantur enim, & alimentum conficiunt omnia  
calidò naturali, maximè verò, quod principalissimum est, cor,  
aut quod huic proportione respondet. διὸ τῶν μὲν ἄλλων μο-  
ρίων ψυχομένων, ἴσχυόμενοι τὸ ζῆν. Ἐ δὲ ἐν ταύτῃ, φθίρεται πᾶμι-  
παν, διὰ τὴν ἀρχὴν ἐπιϋψεν τῆς θερμότητος ἢ τῆσδε πασι, καὶ  
τῆς ψυχῆς ὡπερ ἐμπεπευρεμένης ἐν τοῖς μορίοις ταύτοις τῶν μὲν  
ἀναιμῶν ἐν τῷ ἀνάλογον, ἐν δὲ τῇ καρδίᾳ τῶν ἐναιμῶν. Quam-  
obrem ceteris partibus licet frigefactis, remanet tamen vita:  
extinctò verò calidò in corde, corrumpitur omne: quod inde  
omnibus pendeat caloris principium, & anima quasi ignita sit  
in his partibus: ex sanguibus quidem in eà, quæ proportione  
respondet, in corde verò, sanguineis. Quæ certè id invictissi-  
mè probant. Et veluti idem expressè dixere Galenus a),  
Hippocrates b), ac Plato c), cor vocantes πηγὴν τῆς θερμότη-  
τος ἢ τῆς αἵματος, fontem caloris atque sanguinis: sic, rectissi-  
mè doctissimò Lindeniò adnotante d), fuit antiquitùs sen-  
tentia Virorum Optimatum Notabiliaque cumprimis sunt,  
quæ de cordis ventriculis disserens Hippocrates e) dixit:  
αὐτὰ πηγὰ φύσις ἀνθρώπου, καὶ οἱ ποταμοὶ ἐν ταύτῃ ἀνὰ τὸ σῶμα,  
τοῖσιν ἀρδεύει τὸ σκῆνος. ἔτι δὲ καὶ ζῶν φέρει τῷ ἀνθρώπῳ καὶ  
αὐανθρώπων, ἀπέθανεν ἀνθρώπος. Hi sunt fontes naturæ hu-  
manæ. Hincque fluxii feruntur per corpus, quibus irrigatur  
taber-



tabernaculum. Hi verò vitam quoque ferunt homini. Sin autem exsiccentur, moritur homo. His certè omnibus fidem facit cotidiana experientia.

§. XXXVII.

Ex quò ipsò etiam deduci potest *unitas temperamentum in corpore.* Scilicet ad constituendum animal uti variæ connectuntur partes, ut inde unum corpus prodeat, eaque pleniorē conjunctionem ab animâ accipiunt, sic, dum hujus præcipuum organum, & quasi vinculum est calidum, oportuit calores varios variorum temperamentorum in variis partibus uniri ratione unius communis, qui sit tanquam fons in respectu ad alios. Natura igitur cor instituit, tanquam *κεφάλαιον*, præcipuum & principalissimum, (uti ab Aristotele vocari modò diximus) calorisque fontem, & providit, ut abinde calor derivaretur per totum diffundendus. Quod ipsum cum per spiritum ac sanguinem ex eò ad omnes partes transmissum fiat, venas quoque ex eò exire videmus, earumque (ut Philosophus loquitur) *ῥύσις ἀπὸ παντὸς τῆ σωματὸς πεφυκέναι*, fluxus ac rivus universo corpori adhaerere, sive per omnem hujus ambitum diduci. Quò de legendum præ aliis laudamus sæpè hæcenus laudatum Cremoninum.

§. XXXVIII.

Sextò & hoc ponimus: quemadmodum ut servetur calidum hoc, pabulò opus est, tanquam succendiculo, sic tale proculdubio venire ex alimentis, quæ adsumimus. Non modò enim constat, pro alimentorum varietate ipsum quoque variare, & nunc debilius esse, nunc validius, quoniam in his denegatis vel non adsumtis, prorsus deficere, sed nec pateret, in quem finem alium adsumantur ipsa, si non præberent calido succendiculum. Unde & communis fert opinio, *barere calore*

§. preced.

III. de part. Anim. c. V.

l. cit. dict. VI.

& Apolog.

dict. Arist.

de orig. &

principatu

membror.

contra Ga-

len. dict.

LXXVI.

nonnullis, an  
una cum corde  
hujus fuerit,  
ingium aman-  
n, cordi illud  
ri. Necesse  
m iis, quæ paulò  
n sanguineis  
d huic respondet  
conficiunt omni-  
alissimum est,  
τῶν μὲν ἀλλὰ  
τη, φείσεται  
ἵε τῆ δα πασι,  
οις τῆ τοις τῶν  
ναίμων. Quam  
anet tamen vita  
mne: quod inde  
ma quasi ignita sit  
quæ proportione  
certè id invictis  
ixere Galenus  
πρὸς τῆς ἰσχυρῆς  
inis: sic, rectis  
uit antiquitus sen-  
cum primis sunt,  
ocrates e) dixit  
ἔστι δὲ ἀπὸ τῶν  
τῶν ἀνθρώπων  
fontes nature  
s, quibus irrigatur  
taber-





terem innatum in humore, eoque ali, consumptoque desinere. Quem ideo tanquam itidem in generatione partibus insitum, calorigue coævum, vocant innatum, primigenium, & radicalem. Eodemque sensu intelligitur, quod vulgò dicitur, vitam consistere in calidò ac humidò, & tale proinde esse temperamentum viventium. Quæ placita licet penitus rejici ab Arnoldò de Villâ novâ a), & Hieron. Cardano b) legamus, illòque in sensu, quò à plurimis proponi solent, falsissima esse, optumè demonstrat Conringius c) p. 110 c), hoc tamen certissimum est, unà cum calido inesse humorem, & hunc pariter ad vitam protrahendam usque adeò esse necessarium, ut paulatim deficiente eò, senectus, & tandem ipsa etiam vita deficiat. Atque hinc dum aetates animalium potentiis tactilibus describuntur, senectus dicitur frigida ac sicca d), ipsique Græci dum γῆγς vocaverunt, γενεῖν h. e. terrenum quid voluerunt innuere, auctore Aristotele e): Ἀγὸ τὸ ἀπολείπειν (quæ hujus verba sunt) τὸ θερμὸν, καὶ μετ' αὐτῶ τὸ ὑγρὸν, quoniam calidum deficit, & cum eò humidum. Sicuti ob eandem causam etiam plantarum extinctionem, ἀραισιον, h. e. ariditatem fuisse appellatam, ab ἀραιῶν, sicco, arefacio, ex Grammaticis constat. Sanguine autem instaurari atque servari istam humiditatem in omnibus partibus, ea, quæ modò ex Aristotele & Hippocrate attulimus, sensibus undecunque liquidissima, clarè docent. Qui idem proinde non potest non esse etiam pabulum calidi innati: quin verissimè ab Aristotele est vocatus τροφή ἢ ἐσχάτη, alimentum ultimum.

§. XXXIX.

Ubi cum succurrat antiqua, ast ridicula planè de mortis necessitate atque tempore opinio, ab Aegyptiis tradita, placet eam adscribere, & quidem verbis Petri Criniti. A

Terent-

a) Lib. de hum. radic. cap. I.

b) Lib. 1. de tuenda sanitate.

c) Lib. de Calid. Inn. cap. IX.

d) Vide V. de generat. animal. cap. IV.

e) ibid. cap. VII.

§. XXXVII.

VI. de part. anim. c. III. & alibi.



Terentio Varrone (scribit hic) traditum est, ex Dioscoridis  
 autoritate, qui siderum scientiam calluit, Aegyptios quidem  
 ipsos (quibus servandi medicata cada vera cura fuit) subtili ad-  
 modum & arguta ratione deprehendisse, quò maximè vite  
 spatium etas hominis aestimari debeat: sumt à ex pondere huma-  
 ni cordis conjecturà. Itaque affirmarunt iidem Aegyptii, cen-  
 tum omninò annis hominum vitam definiri: quòd eorum  
 cor, qui sine ullà corporis tabe perierint, hoc ipsum declaret:  
 quoniam cum etate (si expandatur) aucta, atque damna re-  
 ferat. Anniculi enim pondere duarum drachmarum, bini qua-  
 tuor, & sic in singulis annis usque ad quinquagesimum binas  
 accedere, ut centum drachmis existat quinquagenarii homi-  
 nis cor. Ex eò deinde numero unoquoque annò binas detrahi,  
 ac minui. Quò perspicuum est, ab annò centesimo ad primam  
 sui ponderis redire, neque longius posse proferri. Qui qui-  
 dem ad Varronem, quasi hic primus id ex Dioscoride A-  
 strologò memoraverit, provocat, postea verò addit, id-  
 ipsum breviter licet, Plinium ad Vespasianum Augustum re-  
 censuisse. Sed utrumque horum a) uti id referre constat,  
 sic ab aliis quibusdam b) ex ipsò Herodotò, Historiarum  
 patre Ciceroni c) dictò, adfertur. Benè interim subdit  
 idem Crinitus d): Quod ego quidem acutius existimo, quàm  
 verius: quamquam in his libris, qui τὰ ἀνατομικά prosecuti  
 sunt, mira prorsus atque incredenda explicentur. Optumè  
 verò excellentisf. Meibomius e): Absurda sanè apud Ana-  
 tomes peritos opinio, licet illos auctores habeat, qui ipsà ἀ-  
 νατομία gloriantur.

§. XL.

Tandem septimò & hoc addimus: Ad vitæ hujus protra-  
 ctionem atque servationem videri & alia quædam concur-  
 rere, partim ut simpliciter necessaria, partim verò, ut abs  
 quibus

Libb. de ho-  
 nestà discipl.  
 II. Cap. IX.

a) Vide Var-  
 ron. in  
 fragm. Pli-  
 nium hist.  
 mundi Lib.  
 XI. capite  
 XXXVII.  
 b) Vide Thom.  
 Bartholin.  
 anat. re-  
 form. Lib. II.  
 cap. VI.  
 c) orat. cap.  
 XII. & I.  
 de L. L. c. I.  
 d) ibid.  
 e) l. cit. pag.  
 9.

toque desinere.  
 e partibus infi-  
 primigenium, &  
 quod vulgò dici-  
 tale proinde es-  
 acita licet peni-  
 Hieron. Carda-  
 lurimis proponi  
 stret Conringius  
 cum calido im-  
 endam usque  
 senectus, & in-  
 dum etates animæ  
 nectus dicitur fr-  
 vocaverunt, pa-  
 ere, auctore Ari-  
 rba sunt) πρὸς  
 ficit, & cum eo  
 plantarum extri-  
 pellatam, ab aucto-  
 at. Sanguine au-  
 iditatem in omnibus  
 Hippocrate attul-  
 clare docent. Qu-  
 am pabulum calu-  
 st vocatus πρὸς

licula planè de  
 Aegyptiis tradita  
 bis Petri Crinitii. A  
 Terentio





a) Lib. II. de  
complex. c. II.

b) Tract. de  
Viribus ima-  
ginat.

c) Prax.  
tract. I. Lib.  
II. cap. X.

d) Obseruat.  
Medic. Lib. I.

e) Exerc. de  
subst. CCCXII.

f) Lib. de  
flatib. t. VI.

t. eod.  
t. IV.

quibus non sine lesione habeatur. Sic enim quanta sit vis ac potentia affectuum, qui vulgò dicuntur, gaudii præsertim, ira, timoris ac pavoris, eorum exempla satis loquuntur, qui abinde infirmati vel emaciati, incanescentes, vitam ante diem (ceum vulgò loquuntur) finierunt, quin etiam momentò exanimati conciderunt. Qualia quidem plura adnotata le-

guntur apud Lev. Lemnium a), Thom. Fienum b), Felicem Platerum c), Jo. Schenkium d), Jul. Cæs. Scaligerum e), & alios. Similiter & ex vigiliis, curis, laboribus, quiete atque

somnò, mutationes corpori non exiguas advenire, experientia itidem loquitur. Maxumè verò ex omnibus potentia, & ad vitam quasi simpliciter necessarius videtur esse aër. De quò

proinde notanter Hippocrates: *Tanta omnibus corporibus spiritus (h. e. aëris extra nos existentis) necessitas extat, ut, si quidem omnibus aliis abstineat homo, neque cibum sumat, neque potum, possit tamen dies duos vel tres, & plures ducere:*

*si cui verò spiritus in corpore via intercipientur, in brevi parte unius diei intereat: ut vel hinc, quanto usui spiritus corpori sit, liceat aestimare.* Amplius autem, ab omnibus operibus aliquando immunes quiescunt homines, (multa enim sunt mutationes in vitâ) verùm ab hoc opere nulla omnibus mortalibus requies contingit, ut cessent spiritum adducere, ac rursus exhalare.

Vides ergò ex his, quæ dixi, quanta communio omnibus animantibus in fruendò aëre existat. Et postea pergit: *Subjiciam mox & illud: quod non aliunde unquam verisimile sit morbos evenire, quam inde, si is aut plus, aut minus, aut cumulatior, aut morbidis sordibus inquinatior in corpus se ingerat.*

Quò sensu locò eòdem ipsum vocat mortalibus vitam, & morborum agrotis solum auctorem. Et paulò antè, *maximum in omnibus, quæ corpori accidunt, & auctorem, & dominum.* Quæ omnia quidem usque adeò vera sunt, ut à

Gale-

Galenò  
adcente  
non nat

A

brevita

divers

posse

tinet

in Ar

in, in

quam

nobis p

semper

ipsum e

dum et

ejus pr

que it

potest

tum.

ad ea

vel ha

ejus p

tiam.

satis

se d

nun

quar

Quar



Galenò legamus ipsa hæc *causis sanitatis conservatricibus* art. med. cap. LXXXIII. & LXXXV.  
adcenteri, illis nempe, quas recentiores vocare solent, *res non naturales.*

§. XLI.

Atque ex his quidem cum primis patet, utique *causam brevitatis & longitudinis vitæ proximam in nullò aliò quàm diversò calidi innati, ejusque humoris alimentarii ratione posse consistere.* Nam, ut diximus, *calidò illò servatur ac continetur quasi anima in corpore:* quin, ut iterum ἐμφανώτατα Aristotelis verba habent, *ἐν τέρῳ ἢ φύσις ἐμπεπύρωκεν αὐτήν, in eò incendit Natura ipsam.* At verò *abs humore, tamquam succendiculo, sive quò alatur calidum, non potest in nobis perdurare.* Proinde quemadmodum ut duret illud, semper *novum debet suffici, sic hoc ut fiat, necessum est, & ipsum ejus potentia sit, ut novum possit producere, & humidum etiam, tamquam subiecta materia, tantum ac tale, ut ejus productioni sit aptum atque commodum.* Quò utroque ita se habente, profectò durat vita, nec durare non potest secundum tritum illud: *Positâ causâ, ponitur causatum.* Cumque duo hæc sint *causæ vitæ proximæ, alia, quæ ad eam itidem videntur facere, causæ hujus eatenus dici vel haberi merebuntur, quatenus vel in ipsum calidum, vel ejus pabulum (sanguinem puta) habuerint aliquam potentiam, aut ad ea quid contulerint.* Quæ quidpe tùm de se satis sunt liquida, tùm verò eò locò, ubi *vitæ modus ac causæ de professò tractantur, exponuntur uberius.* Lib. de reſta- rat. c. VIII. Videll. Physic. 1. 37. & V. Metaph. c. II.

§. XLII.

Inquisitionis itaque præcipuum caput hoc tandem nunc prodibit, ut cognoscamus, qualis sit *ratio tam calidi, quàm & humidum, ad longevitatem conducens vel necessaria?* Quam utramque optumè cum tradiderit Aristoteles, me-

F

ritò





Lib. de lon-  
git. & bre-  
vit. Vita cap.  
V.

a) Lib. de  
sal. innat.  
cap. XI.  
b) Lib. II. de  
tempera-  
ment. c. IV.

ibid.

ibid.

Schol. in cit.  
loc. p. 65.

ibid.

ritò quoque hic ejus vestigia legimus. Et quidem quantum ad *humidum*, requirit, ut id nec ὀλίγον sive *paucum* habeatur, nec ἐξηρανον h. e. *tale*, quod facile areseat. Nam, ait, quod *paucum* est, facile exarescit sive *absumitur*. Inde ergò mors. Id autem, quod non facile siccescit, est, quod *pingvius* est. Qualismodi quidem quod est, *natura aërea*, & ad *putredinem minus proclive* esse, innumera exempla probant. Et certè *sanguis* utut *alimentum animalium sanguineum*, vulgò dicatur, non tamen *totus ille* in nutritionem quod *absumatur*, sed *alimentum calidi* fiat saltim, quod in eò *pingve*, *leve* atque *tenue* est, doctissimè disputat experientissimus Naturæ interpret *Conringius* a), idque etiam jam olim disertis verbis confessus legitur, *Galenus* b), dum dixit: *Quicquid in sanguine pingve, leve ac tenue est, id in calidioribus corporibus alimentum quoddam calido fit.*

#### §. XLIII.

Deinde quantum ad *calidum*, etiam *hujus* πλῆθος sive *copiam* ad *vivacitatem* idem Aristoteles exigit, simul verò, ut in *pingvi* resideat, neque *excrementis* abundet. Non solum oportet, (inquit, primum expositurus) *humidi esse multum*, sed *et calidi*: ἵνα μήτε εὐπηκτον, μήτε εὐξηρανον ἦ, ut nec congelet facile, nec areseat. Sic enim (quod Mich. Ephesius addit) *humidum copia calidi non permittit gelari*, nec, abundantius cum sit, citò etiam potest *absumere*. Secundi hanc dat rationem Philosophus: Dum in nonnullis λιπαρόν ἐστὶ, *pingve est*, simul facit, τὸ, τε μὴ εὐξηρανον, καὶ τὸ μὴ εὐψηκτον, ut ipsum nec *exsiccationi*, nec *frigori* facile pateat. Tertii verò hanc: ἐπι δεῖ τὸ μέλλον εἶναι μὴ εὐφθαρτον, μηδὲ περιττωματικὸν εἶναι. ἀναρῆ γὰρ τὸ τοῖστον, ἢ νόσῳ· ἢ φύσει· ἐναντία γὰρ ἢ τῷ περιττώματι ἡ δύναμις, καὶ φθαρτικὴ ἢ μὲν τῆς φύσεως, ἢ δὲ μορῆς. Quæ aptissimè ita vertit Conr. Gesne-



Gesnerus: Prætereà quod durabilius ebasurum est, non excrementitium esse convenit. Hoc autem aut morbo, aut naturâ perimit. Inimica namque excrementi vis, & perniciofa existit, aliàs univèrsa natura, aliàs uni particula. Ephesius verò, ut clariora evadant, hæc adjicit: Excrementum, ait Schol. p. 68. Philosophus, aut morbo, aut naturâ perimit. Naturâ quidem, quoniam excrementum totò corporis temperamentò pugnat. Id enim naturam vocat. Cùm itaque in certamine adversus omnem naturam atque temperiem corporis, victoriâ potitum interemerit, tum dicimus, interemis se naturâ: quod idem est, ac si dicas, totam animalis temperaturam evertisse. Enimverò ubi excrementum unam tantum partem oppugnaverit, ut jecur, aut lienem, & cum eâ parte totum pariter animal ad internecionem traxerit, tum dicimus, peremis se morbo, b. e. unâ parte affectâ totum cum eâ corpus interiisse.

§. XLIV.

Confirmant insuper hæc etiam illa, quæ evenire sensibus percipimus. Ita enim, notante eodem Aristotele, <sup>ibid.</sup> (I.) magna animalia tamquam plantas longeviora esse experimur. εὐλογον γὰρ, τὰ μείζω πλείον ἔχει ὑγρόν. Rationi enim consentaneum est, quæ majora sunt, etiam plus habere humiditatis. Quod tamen tunc saltim verum esse sciendum, ubi in humiditate τῷ ποσῷ etiam τὸ ποιὸν responderit, h. e. (interprete Ephesio) calidum & pingue. Hanc etiam ob causam homo quibusdam majoribus est vivacior. μακροβιώπρα γὰρ λειπόμυρα τῷ πλήθει τῶ ὑγροῦ, εἰς πλείονι, λόγῳ ὑπερέχει κατὰ τὸ ποιόν, ἢ λείπει κατὰ τὸ ποσόν. Quæ namque humiditatis copiam vincuntur, si majore proportionem per qualitatem superent, quam per quantitatem vincantur, ea sanè vivaciora sunt. Ad quæ, obscuriora primò auditu, ita Ephesius: Qualitatem vocat Philosophus ipsum calorem & pingvitudinem. <sup>ibid. p. 68.</sup> Ita verò





gentit: Quibus humidi copia deficit, abundat autem qualitas plus, quam illa desit, diutius in vita permanent illis, quibus humor quidem exsuperat, qualitas autem deficit. Quod vero inquit: Si præcellant amplius, & majori proportione; ita accipiendum est, ut, si fuerit e. g. in equo humiditas triplò quam hominis abundantior, caliditas autem in homine decupla ad equum, majori proportione hominis caliditas excedet equi caliditatem, quam equi humiditas eam, quæ homini inest. Major enim est decupla proportio, quam tripla.

§. XLV.

cap. eod.

p. 69.

cap. eod.

ibid.

ibid.

ibid.

Similiter (II.) experimur, τὰ ὀχθηκὰ καὶ πολύσπερα, μεγαλοκύνταχον, salacia animalia, & quæ multum seminis habent, citò senescere. Semen enim (quæ iterum Ephesii est ἡ Ἰσθμίου) cum sit alimenti in sanguinem conversi excrementum, exeundò calorem unà educit. Quò factò, necessarium est etiam humorem exsiccare. Quapropter & equò & asinò diuturnior est mulus, utpote qui non abundet semine. Item fœmina minùs quam mares vitam diutinam vivunt. Quamvis enim in fœminis amplius sit humoris excrementosi, non est tamen calidus humor, sicut in maribus, sed aquosus, & naturà frigidus. Sic etiam (III.) qui μαριῶν πολυκύντοι, h. e. laboriosi sunt, citiùs solent senescere, quia labor exsiccat. Porro (IV.) quoque universim loquendò, φύσιν τὰ ἄρρενα τῶν θηλειῶν μακροβιώτερα, mares longæviores sunt fœminis, dum sunt calidiores. Nec non (V.) ejusdem generis animalia, si in tepidis locis degunt, diutius vivere solent, ac si degant in frigidis: simili modò, quò eadem in calidis regionibus ad majorem corporis molem ac staturam perveniunt. Nam calor in iis & augmenti causa est, & magnitudinis. Quin (VI.) totum genus aquatile minus vivax esse deprehenditur pedestri: non tam ideò, quò simpliciter loquendo humidum, quam



quàm potius, quòd *aqvosum* sit: ut cuiusmodi humidum,  
*frigidius* dum est, *facile gelabile* atque *corruptibile* esse solet.  
Qualis naturæ quoque (VII.) *ex sanguine* sunt, comparata ad  
*sanguinea*, nisi corporis magnitudine quasi vindicentur. Ni-  
bil enim pinguis, nihilque dulcis (quale aliàs est *animalium*,  
pingue) habent. Ex adversò autem (VIII.) *apes diutius*  
quàm quædam alia majoris corporis vivunt, quia dulce conti-  
nent. Tandem verò (IX.) *præcipua & omnium maxima*,  
*longevitas in plantis* vigere videtur, longè magis certè,  
quàm in ullò animalium genere: tum, quoniam *minus a-*  
*qvosæ naturæ* sunt, indeque non facile congelascunt, tum &  
quia pingvitudinem & viscositatem in se continent. Quam-  
vis enim *siccæ* videantur ac *terrestres*, attamen *humore* con-  
stant ad siccationem non adeò proclivi.

§. XLVI.

Hæc, inquam, in variis viventium generibus dum do-  
cet experientia, clarissimè confirmat *causas illas longevita-*  
*tis*, quas adseruit Aristoteles. Quas ipsas igitur *rationi* tam  
quàm *sensibus consentaneas* dum deprehendimus, pro *veris-*  
*simis* meritò habemus. Illas verò cum *esse, servari, fovèri,*  
*ac dependere ab aère, alimentis, somnò, vigiliâ, motu, quiete,*  
*affectibus, excernendis* item ac *retinendis*, videamus, ho-  
rum singulum quidem itidem *causa ejusdem* vocari poterit  
& debet, (quatenus nempe ad illas quid contulerit) sed non  
nisi *remotior*, & partim quoque *externa*. Eòdem sensu  
certè vocari hæc Galeno *causas sanitatis* (& consequenter  
etiam ipsius *vite*) *conservatrices*, hodiè verò in Scholis Me-  
dicis communiter *res non naturales*, modò diximus. Qua-  
propter (ut rem in pauca contrahamus) quò *validius* vel  
*debilius* fuerit *calidum nostrum innatum*, magisque aut mi-  
*nus expositum injuriis* tum aliis, tum præcipuè *circumstantis*

F 3

aëris,

ibid.

ibid.

cap. IV. &  
VI.

§. XL.



aëris, quò item *humidi alimentalis* (quò tanquàm pabulò id  
utitur) *plus vel minus*, aut *ipsum aptius vel ineptius* ei alen-  
do, tum quoque *injuriis præter naturam magis minusve ob-*  
*noxium fuerit, eò citior aut tardior semper mors erit.*

§. XLXII.

*Vide II. de  
cælo cap. VII.  
I. Meteor.  
c. IV.*

*Different.  
IX.*

*Quest. Fatro  
Philol. II.  
pag. 43.*

Ad quas causarum classes proinde etiam *cœlestia cor-*  
*pora referenda sunt, si, quod Scholæ Aristotelicæ adserunt,*  
*motu & lumine in his inferioribus quædam efficiunt.* Sic enim  
alterabunt nos saltem interventu aëris, *ab ipsorum potentiâ*  
*sive influxu prius alterati.* Quæ verò præter hos modos de  
*occultis influentiis* narrant Astrologorum multi, & specia-  
tim sive ex eorum, sive ex propriâ opinione Petrus Padua-  
nensis, (aliàs *Aponensis*, item *Conciliator* dictus) evincere  
laborans, *naturam humanam cum aliis, quæ sunt sub orbe Lu-*  
*nari, virtute siderum peculiari aliquando debilitatam existe-*  
*tere, aliquando fortificatam,* (ipsamet ipsius recensemus  
verba) *interdum verò & medium servare,* calculòque suo  
adprobare etiam videtur doctissimus Naudæus, quum  
(ceu ingenuè fatemur) capere nequeamus, ipsis defenden-  
da linquimus.

§. XLVIII.

*Introducet.  
ad Medicin.  
cap. V.*

Nec minùs etiam eò reduci etiam *medicamenta de-*  
*bent, siquidem illis sanitas & vita longa à peritis procu-*  
*ratur.* Ea enim, quæcunque etiam fuerint, (quæ recensere  
nostrum non est, sed petere decet ex Medicorum scriptis)  
nihil agunt, nec agere possunt aliud, quàm quod *calido hu-*  
*midoque corporis temperiem istam, quæ ad vivacitatem est*  
*necessaria, servandò vel conciliandò, Naturæ veniunt suppe-*  
*tias, secundùm tritum illud, elegantissimè expositum à*  
*χαιρέσιω Lindenio: Medicus Naturæ minister.* Quod qui-  
dem num fiat interdum, vel fieri possit, uti experientiâ  
ipsâ



ipsa satis loquente disputare prorsus supervacaneum fue-  
rit, ita nostro instituto sufficiunt illa experientissimi Mei-  
bomii: *Quin certis medicamentis recta methodo adhibitis* <sup>l. cit. p. 22.</sup>  
*subveniri sensim cadenti atati possit, apud Medicos quidem,*  
*extra omnem dubitationis aleam positum est. Quin imò,*  
*ultra ostentatores illos, (Chemicos puta quosdam, qui produ-*  
*ctionem vitæ ad certos annos promittunt, idque unico medi-*  
*camentò omnibus in hominibus conantur: quorumque ideò*  
*mirabilia promissa pleraque cum eorum preparatore Vulcanò*  
*tantum non utroque pede claudicare dixerat paulò ante) in-*  
*venire licet in sobriorum Medicorum ordine plurimos celeberrimos viros, qui longevi admodum fuerunt. Quorum lon-*  
*gum catalogum ex novissimis & priscis temporibus sub-*  
*jungit.*

§. XLIX.

Addenda verò *iisdem causis* etiam *nativitas* videtur,  
sive *parentum, ex quibus nati sumus, constitutio.* Omnino  
enim & de corpore loquitur illud Horatianum, quod aliàs  
ad *mores atque virtutes animi* potius trahi solet:

*Fortes creantur fortibus, & bonis*  
*est in juvencis, est in equis patrum*  
*virtus, nec imbellem feroces*  
*progenerant aqvile columbam.*

*Carmin. Lib.*  
*IV. ode IV.*

Neque dubium, quin ad id simul intenderit Aristoteles in <sup>VII. Pol. cap.</sup>  
<sup>XX. secund.</sup>  
Politicis, ubi de *personis, quæ matrimonio jungi, deque atate* <sup>sect. Conring.</sup>  
<sup>aliàs XVI.</sup>  
*ac tempore, quò conjungi cum Reipublicæ commodò debeant,*  
*disferens, inter alia monet, adolescentium copulam ad liberos*  
*procreandos ne utiquam conducere. Quod idem etiam aliis*  
*observatum, indeque personis nupturis certum annorum nu-*  
*merum præfinitum fuisse, prolixè Mich. Piccartus memo-*  
*rat a), Altorphinorum olim sidus, dignus cum primis, qui*  
*lega-* <sup>a) Comment.</sup>  
<sup>pag. 1108. &</sup>  
<sup>seqq.</sup>





b) *Compend. legatur. Quibus & addi potest Franc. Titelmannus b), Phil. natur. Lib. IX. cap. XXIV.* *luxuria, cui indulgent plures, incommoda optumè perstringens.*

§ L.

Prognost.  
t. I.

a) *Epist. praemis. Hieron. Jordan. Lib. de discipulo in morb.*

b) §. VIII. & seqq.

c) *l. cit. p. 42.*

*in Chronic. l. cit.*

Hæc igitur si attendimus, exponere optumè possumus, tum *cur vivacitas in gente & regione aliquâ pluribus esse soleat communis*, tum & interdum *paucis quibusdam saltem contingat*; modò verò fuerit *secundum naturam*, & non à *causâ supernaturali*. Nam τὸ θεῖον, quod in morbis sæpè latere, indeque Medicis curiosè respiciendum Hippocrates monuit, non rarò in variis naturæ operibus concurrere, longò rerum usu edoctus verissimè notavit sæpies laudatus, sed omni nostrâ laude major Conringius a). Quod idem ideò cum primis in Patriarcharum illâ insolitâ vivacitate, quam superius b) memoravimus, quantum novimus, plerique omnes Theologi agnoscunt. Eorumque inde sententiâ confisus CL. Naudæus scribit c): *Vera sunt omninò, & ab ore Dei prolata, quæ de Patriarcharum ætate divinus Scriba nobis tradidit; sed tamen nihilominus, quæ nullam vim Philosophorum ac Medicorum rationibus inferant: cum ipsi de consuetâ Naturæ lege, non autem de absolutâ Dei potestate quæstiones innectant, quâ tamen certum est, communem hunc vivendi terminum Patriarchas, & primos mundi incolas fuisse transgressos: cum Deus ipsos in longa secula conservare vellet, ut gloriam, & cultum nominis sui faciliùs ad posteros transmitterent, quod voluit Rabbi Levi apud Genebrardum; sive, quemadmodum arbitratus est Flavius Josephus, ut multa viderent, experirentur, intelligerent, artesque omnes & scientias ex certis fundamentis constituerent. Quin, quidquid hujus sit, etiam causas naturales in istâ longævitate concurrisse, iidem concedunt, cum primis verò temperamenti*



menti excellentiam, alimentorum aërisque salubritatem, & vivendi rationem, quam amaverunt Patriarcha, temperationem. Quæ quidem sunt præcipuæ ex illis, quas hæcenus enarravimus.

§. LI.

Unum, antequàm abrumpamus, adhuc notandum monemus. Nempe, plures causas ad longævitatē concurrentes dum recensuimus, id non hōc sensu intelligendum, quasi eæ omnes ac singulæ semper debeant concurrere. Id enim profectō experientia non docet, potius verò, sæpè plures deesse, adesse verò contrarias, & quæcitam mortem videntur præfagire. Hoc proinde in casu sciendum, causarum talium impetus aut potentias impediri aut elidi à præsentia aliarum potiorum sive validiorum, & pro vitâ nostrâ (ut ita loquamur) depugnantium. Quod quidem uti plurima testantur exempla, sic in præsentī probabimus unicō, à Nobilissimō Bartholinō memoratō, eōque hanc nostram disertationem tandem obfignabimus. Avus meus maternus (scribit hic) D. Thom. Finkius, (priori seculō libris, Geometriâ Rotundi, Horoscopiâ, &c. hōc seculō liberis clarus: numeravit enim liberos, nepotes, pronepotes, abnepotes XCVII.) annū ingressus erat XCVI. solitâ animi constantiâ & diutius (naturalium causarum dispositionem respicit) vitam in senio vegetam protraxisset, nisi febris filum abruptisset. Per universum vitæ cursum à se pompam removit, & usu rerum ornamenta metiebatur. Teneram ætatem agritudinibus habuit obnoxiam, ut Medicus, curæ illius præfectus, spondederit parentibus, omnes itinerum vias, quas emensurus esset, aurō se obducturum. Ceterum à longâ peregrinatione redux, prognosticum elusit temperantiâ, & morum facilitate. Coërcuit luxuriam, gulam temperavit, cui tamen ne-

G

cessa-

Vide R. A-  
barbanel l.  
cit. §. IV. &  
segg. Petr.  
Pistorium  
ll. cit. Jo.  
Vesterburg  
l. cit.

Histor. a-  
nat. rarior.  
Cent. V. hist.  
XXVII.

Titelmannus b),  
optumè perstrin-

re optumè posu-

aliquâ pluribus es-

cis quibusdam sal-

in naturam, & non

d in morbis sæpè la-

Hippocrates

currere, longior

es laudatus, sed

Quod idem idem

vivacitate, quam

ovimus, plerique

que inde sententi

sunt omnino, &

ate divinus Scriba

que nullam vim Ple-

erant: cum ipsi de-

solutâ Dei potestate

est, communem bene-

os mundi incolas fu-

secula conservare

facilius ad poster-

apud Genebrardum

ius Josephus, ut in

artesque omne-

rent. Quin, quæ

in istâ longævitate

rimis verò tempera-

menti



*ibid.*

*cessaria suggestit etiam durioris substantia, quæ libentius avidiusq; adpetebat, quàm cupedias; divitias agris oculis adspexit, frugalitatem coluit, & animum metu vel gaudiò affectum sub vinculis habuit, iracundiam lenivit, adversitates sprexit, & quancquàm liberorum, generum, nepotum, abnepotum, affinium, amicorumqve sæpius funera audiverit, & inter tot vitæ grandævæ molestias versaretur, constanti tamen animò omnia perpesus, nunquàm lacrimas fudit, nisi defunctæ conjugis, & bibliothecæ Vulcanò consumptæ memoriâ recurrente. Tantum scilicet (addit idem) confert huc animus, semper sibi similis, nullisqve passionibus in transvorsum raptus!*

TANTUM!

DEO,  
VITAE NOSTRAE AUCTORI  
ET SERVATORI  
L. H. E. G.

COROL-



## COROLLARIA.

I.

Sanã ratione uti non videtur Jesuita Rorarius, dum asse-  
rit, bruta meliùs ratione uti, quàm homines.

II.

Hominem artis ope in Alembico formari posse, com-  
mentum Paracelsi est, è quò bellatores militum suorum  
cladem solari possent, si experimentò comprobatum es-  
set.

III.

Quanta etiam sit respirationis ad vitam necessitas,  
non tamen simpliciter impossibile videtur, animal etiam  
pulmonibus instructum, ad tempus sine respiratione vive-  
re.

IV.

Mors hominis in aquis non est interitus animæ ratio-  
nalis.

V.

Cæci sunt, qui talpis omnem visum denegant.

VI.

Animam primò statim momentò, quò cor incipit,  
adesse, sensus invictissimè videntur probare.

VII.

Illud Aristotelicum: *Homo est naturã animal politi-  
cum*: nec ex verò, nec ex mente ipsius Aristotelis de natu-  
rà extrinsecùs impellente, explicatur.

VIII.

Simplex societas an semper duabus tantùm constet  
personis?

IX.

Inepti videntur, qui ex numero humorum in corpo-  
ribus æstumare intendunt, ad quotum consanguinitatis  
gradum natura matrimonia refugiat: quasi nempe in gra-  
du primò descendente igneum & levisimum elementum  
evanescat, in secundò etiam aëreum, in tertio porrò aque-  
um,

AUCTORI  
RI

COROL.





um, & in quartò terreum, indeqve in quintò nihil planè  
cognitionis naturalis superfit.

X

Conjugalis societas, prout in Politicis explicatur, et-  
tiam inter servum & ancillam potest esse.

XI.

Si Eva morte præmaturâ decesisset, Adamo neces-  
sitas secundis nuptiis se abstinendi incubuisset.

XII.

Solam matrem in sobolem suam imperium habere  
originale, Patrem verò tantum derivativum, falsum est.

XIII.

Non videtur firma satis seqvela: Liberi sunt partes  
Parentum. E. parentes nullum in liberos jus habent.

XIV.

Imperfecta domus non est, in quâ paterna deficit so-  
cietas.

XV.

Et Paterfamiliâs, & servus, familiæ partes sunt.

XVI.

Respublica quædam potest esse, etiamsi nullis subful-  
ciatur legibus fundamentalibus.

XVII.

In Aristocratiâ & Democratiâ nullam esse majestatem, fal-  
sum est.

XVIII.

Reges & personas summam habentes potestatem, omni  
tempore inter se hostes esse, solidè probari non potest.

XIX.

Injuriam tantum ibi esse, ubi est pacti violatio, cum verita-  
te conciliari non potest.

XX.

Neminem ad bellatricem fortitudinem adolescere posse,  
nisi cui prisci alicujus & famosi Herois nomen inditum, ridicu-  
lum est.

XXI.

Philippi nomen nulli magno Principi faustum esse, quo-  
rundam opinio est, quæ tamen Philipporum animos frangere  
non potest.



01 A 6505

7

ULB Halle 3  
002 937 298



kur 10. Stck 7A-70L

bücher verknüpft

V.D.B.


V.D.B.











E ACADEMICA  
 DE  
 EVITATE  
 MINUM,  
*Quam*  
*in*  
 RI SALANA,  
 Sub  
 RAESIDIO  
 VIRI  
*ni atque Excellentissimi*  
 PARIS POSNERI,  
 torandi, ordinarii Physices  
 trimi, Præceptoris & Fautoris sui  
 seqviorum genere impensè  
 colendi,  
*ditorum disquisitioni subjiciebat*  
 RMANNUS VULTE JUS.  
 Casf. Hasfus.  
*Ad diem Julii,*  
 IS LOCOQVE SOLITIS.  
 FENÆ  
 ISIANO, ANNO M. DC. LXXIII.

